Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

~~[illegible]~~
~~D.93.~~

KW 224
D 1

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

Koninklijke
Bibliotheek
te 's Hage.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

*Illuſtriſſimo & Ampliſſimo Domino*

# D. CARDINALI ARMAIGNACIO,

Patrono & Mœcenati ſuo

ANTONIVS GYLLIVS S. P.

*VEteribus non ſolùm is fuit mos, Card. ampliſſ. eis, qui inſignem ob cauſam, perpetuitatē meruiſſent, ſtatuas erigere: ſed ſummi etiam ipſi viri ſui corporis ſimulachra in publico collocata, conſpici voluerunt, nominis gloriæ ita conſulentes. Quod etſi ambitionis ſpeciem aliquam habere videretur, non uſque adeò tamen fugiendum, ſed ut virtutis monumenta quæque præclara cenſeo; ita illud multo perennius, quo ingeniorum quàm corporum effigies relinquuntur. Siquidem ſtatuæ & imagines vel vi conuulſæ decidunt, aut vetuſtatis ſitu decoloratæ vaneſcunt: volumina verò ( quæ*



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

*ſpirantia ſunt hominum ſimulachra) nullo modo convelli, aut ſenio poſſunt obliterari, imo ſanctiora & durabiliora fiunt ipſa vetuſtate. Quæ cùm animo operpenderem, danda mihi fuit opera, ut* PETRI GYLLII *clientis tui, & patrui mei nomen cum tuo ſempiternæ memoriæ traderetur: qua te optimo jure dignum cenſemus, in quo & vitæ religio & doctrina enitet: quibus haud dubiè vita conſtat, quòd ex mortalium commercio eas ſi ſuſtuleris, omnia futura ſint incondita, nec minus obſcura, quàm ſi Solem & Lunam demas. Pythagoram namque ferunt, inter alia ſua documenta admonitos voluiſſe diſcipulos; in primis, ut Deum religione colerent; animum verò diſciplinis. Quorum dogmatum, ut tu cultor es, quantum pietas patitur, obſervantiſſimus, ita Chriſtianæ perſuaſionis ſcriptorum aſſiduus lector, & imitator, ut nulli Clariſſimorum videaris ſecundus; nec minus eruditione, quàm Cardinalatu memorandus. Verùm hoc unum ſcio, apicem & primatum hunc, non opes, non nobilitatem (quæ vel ſola te commendare poterat) tribuiſſe tibi, ſed religionem illam doctrinæ conjunctam: quibus ſic te adornatum videmus, tanquam alexipharmaco quodam. Hinc factum eſt, ut*

te

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

*te conſilio pollente in legationibus obeundis & Franciſcus & Henricus Reges uſi ſint: maximas enim res apud ſummos Pontifices, & ubi viſum eſt, tuo conſilio, autoritate, prudentia, glorioſè confecêre: neque ab his ſolùm in ſapientum numero habitus es, verùm & à ſummis Pontificibus Romanis, & Illuſtriſsimis Principibus. Hac ratione tanto apice, & meritiſsimo, cohoneſtatus es: quo ſanè antè dignus eras, quàm acciperes. Quippe viris præcellentibus hoc ineſt, non ut tam ſtudeant aliquid ſuſcipere, quàm mereri. Tam præclaris animi dotibus illud accedit, quòd literatos diligis, ac foves: illorum benevolentiam expetis, muneribus concilias. Etenim qui tuus in omnes ſtudioſos ſemper fuit propenſiſsimus animus, hunc eundem in* GYLLIVM *multis ab annis perſpectum habui, maximè cùm illo vita functo, te verò Legationem Regiam obeunte apud ſummum Pontificem Paulum quartum, illius lucubrationes unà cum ipſo deperditas noveris, quas in tui unius gratiam Romæ conſcribebat, ſuorum ut errorum prope Ulyſſeorum, tibi rationem aliquando redderet, fata niſi in contrarium ei obſtitiſſent. Quin & ex tua ſingulari humanitate, benevolentia haud inſueta, te in Galliam redeunte poſt expletum munus,*

*inter cætera id tibi curæ fuit, ut illinc ejus conſcriptiones, vel fragmenta potiùs aſportarentur, ne quis eos labores, tuo nomine dignos, ſibi vendicaret. Igitur quod ad* GYLLIVM *ſpectat, ſi quid utilitatis hinc percepturi ſunt ſtudioſi, tibi acceptum ferent, ut qui tanti ſemper feceris bonas literas, ab aliis pauci æſtimatas. Itaque cùm tu nec clientis industria, nec ille tanti Mæcenatis liberalitate unquam abuſus ſit, ſed eodem animi conſilio uterque publicæ & communi omnium utilitati proſpiceret; tu quidem ex animi generoſitate virtuti, ille ingenio ſervire deſideravit. Ita rem habere ſatis in hunc uſque diem id oſtendit, cùm doctrinam doctoſque vacuus à negotiis Regiis, adiungis tibi, atque concilias. Hinc eſt, quòd longè major laus ſit tibi tribuenda, quàm cæteris Principibus (abſit verbo invidia) in cujus cubiculum permulti libri ingreſſi ſunt, qui veri & virtutis viam tradidêre. Quæ omnia cùm mihi, beneficia experto, conſtarent, ne ab aliorum noſtri temporis inſtituto recedere viderer, qui cùm ſua ſcripta in lucem proferunt, vel ab aliis exarata, haud ſine inſcriptionis tutela & patrocinio ea in vulgus emittunt, præclarum hunc morem mihi retinendum putavi, ut auſpiciis, ductuque tuo fœliciſſimo*

*tan-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

*tandem exirent ea, quæ* GYLLIVS *conſcripſit de Boſporo Thracio, & de Conſtantinopoli, longè meliùs ab ipſo tot annos luſtratis, quàm ſint à cæteris, qui hoc idem tentârunt ſuis libellis. Fecit denique tua benignitas, ea fide & conditione in manus noſtras hæc pervenirent, ut unà cum Æliano de Animalium hiſtoria, & libello Demetrii Conſtantinopolitani de curatione Accipitrum, ab ipſo Græco in Latinum factis, prælo ſubiicerentur. Quæ in re æquiſſima ipſe mihi deeſſe nolui, deligens tuam Celſitudinem, cujus fidei & patrocinio hæc opera committerem: neutiquam aberrans à propoſito patrui vita functi, qui ſtudia ſua in tua fide, tanquam in ſinu tuto, ſuaviſſimè conquieſcere cupiebat, quorum etiam illi ſemper autor fueris. Porrò autem qualecunque munus literatorium iſtud fuerit, Cardinalis Illuſtriſſime, & Ampliſſime, (erit enim meæ in te obſervantiæ pignus, & grati mei erga te animi argumentum) ſic æquo animo amplectaris, quo hujus generis ſolitus es. Quòd ſi tuæ amplitudini placere judicavero: fiet, ut in his, quæ à te deſiderari intelligam, voluntati tuæ à me pro viribus ſatisfiat. Bene vale.*



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

## AD P. GYLLIVM.

*Appellant Itali vulgò ſua lilia Gylli,*
*Nec male ſe nomen ſic poſuiſſe ferunt.*
*Gyllius inde tibi eſt aptum cognomen: ut in quo*
*Dogmata ſub niveis moribus eniteant.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

PETRI GYLLII
DE
# BOSPORO THRACIO,

## LIBER PRIMUS.

CVM Novam Romam Conſtantinopolitanam ſim deſcripturus, mihi priùs deſcribendus videtur Boſporus, princeps creator Byzantii, melior & præſtantior, quàm Byzas hujus Vrbis conditor; (quamvis hic optimus & Deo ſimillimus fuiſſe traditur;) quo Vrbs jam tot ſecula carere potuit; & ſitus loci alium conditorem inveniſſet, ut poſtea deſerta invenit Pauſaniam, deinde funditus everſa Conſtantinum: at Boſporo ne punctum quidem temporis carere poteſt, ſupra quem Conſtantinopolis ſita eſt. In cujus obſcuritate illuſtranda, ſi longior ero, id attribuendum erit obſcuræ caligini tot ſeculorum, quæ Boſporum Thracium Cimmerico longè



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

obſcuriorem effecerunt, & magis clauſum, quàm eſſet ante Iaſonis tranſitum, tenuerunt, ut hujus non modò caput ex tanta caligine extaret, hoc eſt Cyaneæ petræ, ſed ne ejuſdem quidem plus centum loca antiqua olim memoriæ prodita ab antiquis ſcriptoribus quæ latuerunt in tenebris abhinc fere ruinis Severi: quorum caligo diſcuti non poteſt, niſi Phineo cæco, qui nobis velut Iaſoni tranſitum Boſpori demonſtret, oculos reſtituero, id eſt, Dionyſio Byzantio antiquiſſimo Boſporici Anapli ſcriptori, jam tot annos in cæcis tenebris jacenti lumen attulero: qui licet hominum in magna luce verſaretur, tamen craſſà adeò caligine circumfuſus eſt, ut non videretur, niſi quis ſimili ſtudio, quo uti conatus ſum, ejus caliginem diſcuteret. Ita enim ejus nomina antiqua ignorata ſunt, ut nulla jamdudum nota ſint: quæ illuſtrare ob hujus Freti excellentiam conabor, quod præſtat omnibus Fretis. Gaditanum quidem ſtringit duos orbes, ſed incipientes, ſed vinculo lato ſexaginta ſtadia: at Boſporus duos medios orbes nodo aſtringit non latiori quatuor ſtadiis. Adde, quòd Boſporus eſt commodior: hic enim utroque orbe accolarum multis commerciis cònjunctorum fre-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

frequentatus, portæ habet diſpoſitionem, ob communionem mutuam; aliquando ponte junctus ab his, qui pedibus ex una continente in alteram tranſire mallent. At Gaditani Freti rarus eſt uſus, ob inuſitatam Libycorum communionem cum Europæis, & ob longinquam externi maris navigationem. Thucydides laudat Siciliam, quòd Freto viginti ſtadiorum diſiungitur à Continenti, ſed id duntaxat inſulam jungit Italiæ, infame non modò ſcopulis monſtroſis & voraginibus, verùm etiam beluis, quibus Boſporus caret. Chalcidicum Fretum mirabile: ſed ob ſui Euripi inconſtantiam ponte quidem jungentis inſulam continenti, at non longiori ſpatio octoginta paſſibus, quibus patet in longitudinem, in latitudinem circiter quadraginta, qui hominũ manu obrui poteſt: reliquum Chalcidici Euripi Euboïcum Fretum longum & difficile: non enim alia infeſtior claſſi ſtatio eſt. Nam & venti ab utriuſque terræ præaltis montibus ſubiti atque procelloſi Fretum hoc torquent: Boſporus autem ſemper portuoſus, & navigabilis. Prætereo Iſthmum Corinthiacum, qui ut Fretum admiſiſſet, duos tamen ſinus breves conjungeret, qui non magna navigationis circuitione

jungi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

jungi poſſunt : at Boſporus conjungit duo maria, quæ nulla navigationis circuitione jungi poſſunt : niſi Boſporo; quem ſapienter Euripides Clavem nominat Ponti. Rectè phyſicam rationem ſecuti Poëtæ finxerunt, Boſporum minimè pervium, eundemque tranſire ſine Phineo rege Boſpori, Iaſonem non potuiſſe, ſignificantes Pontum invito rege Boſpori adiri non poſſe. Rectè Heſiodus ait, Phineum excæcatum fuiſſe, quòd navigationem Cyanearum & Ponti, Phrixo indicaviſſet. Omitto Boſporum Cimmerium triginta ſtadiis latum, & vadoſum : qui etſi valdè profundus eſſet, tamen hoſtes non arceret, ſed auxiliaretur hoſtibus. Conglaciatus enim, pontis vicem præſtat, cujus campi minùs manſueti, quàm illius montes. Prætereo Helleſpontum longè latiorem, & Sinu Byzantiaco carentem: de quo rectè Conſtantinus judicavit, cùm poſthabito Helleſponto Conſtantinopolim in Sigæo promontorio inchoatam eminenti in fauce Helleſponti, tranſtulit ad Boſporum. Prætermitto reliquos triplicis Orbis limites, Pontum Euxinum, Mare internum, Tanaim, Nilum; quorum nullus contra hoſtes tam tutus, quàm Boſporus. Illa enim maria latiſſime

patent.

patent. Tanaïs gelu concretus pons eſt barbarorum. Nilus longiſſimus uno loco, cuſtoditus infinitis locis tranſiri poteſt: Boſporus una clave duos orbes, duo maria aperit, & claudit. Piſcium copia excellit Maſſilia, Tarentum, Venetia; ſed omnia ſuperat Boſporus: quò velut per portam duplicis maris piſces tranſire ſolent Autumno & Vere, tam certa lege naturæ, quàm ſolent grues bis quotannis internum mare pervolare: tantaque multitudine, ut primo cuique magnum piſcium numerum capere & ferire liceat: neque modò ab uſu piſcandi inſtructi, ſed etiam totius piſcationis rudes, atque adeò pueri, & fœminæ capere poſſint domi deſidentes ex feneſtra calathis demiſſis, hamisque ab eſca nudis etiam imperiti piſcandi, Pelamides capiant tot & tantas, ut toti Græciæ ſufficiant, aliisque nationibus. Et ne numerem infinita genera piſcium, tot gregalis generis capiunt, ut uno reti permulta navigia impleant. Oſtrearum bonitate excellentium tantam multitudinem, cùm aliis temporibus largitur Boſporus, tum maximam temporibus, quibus per leges Græci veſci non ſolent piſcibus ſanguinis participibus, ut quotidie videas fora multa redundare Oſtrearum acer-

vis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

vis, Hamiarum ignotorum piſciur
Romæ & Venetiis. Suaviſſimi cibi cr
bros greges videre licet in Boſporo
eorundem quoque pugnas cum Delf
nis tales ſpectare, quales traduntur
ſcriptoribus. Quòd ſi Boſporani no
tantopere terrenis carnibus abunda
rent, ſi piſcibus delectarentur, ut Ven
ti, ſi liberè piſcari poſſent, ac non pr
tributo dimidiam piſcationis parten
dare cogerentur, & reſervare non ha
berent neceſſe Regi omneis Pelamide
ex Ponto deſcendentes, profectò omni
fora Byzantina piſcium multitudin
implerentur. Græci ex antiquo quo
dam proverbio extollunt Helleſpon
tiorum piſcium copiam. Sic enim in
quiunt: Cùm quis temerè ea, qu
abundant, aliunde affert ut rara, dice
re ſolebant, noctuam Athenas, au
buxum in Cytorum, aut piſces in Hel
leſpontum: quo multo præſtantio
Boſporus, per quem primò piſces, pa
ſtionibus Ponti pingues facti deſcen
dunt: deinde ex his, qui Boſporano
rum piſcatorum inſidias effugerunt
latiorem tranſeunt Helleſpontum.
Quid? quòd ſua dulcedine ſuperat cæ
tera maria, & ſuæ dulcedinis fœcun
ditate contendit cum mirabilibus flu
viis; inter quos excellit Nilus Ægypto

qui-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

quidem fœcunditatem dans, ſed non tam ſuis nativis aquis, quàm cœli & terræ ſiticuloſæ natura, id quod deprehenditur ex rivulis fontium Arabiæ, Africæ, Mediæ, Babyloniæ: hi enim, ſicut Nilus, vicina loca, quæ alluere poſſunt, fertilia efficiunt. Vnde [Byzantiis] agris Libyæ tam eximia fertilitas, ut terra agricolis fœnus reddat cum centeſima fruge? niſi ex vicinis mediocribus fluviis, ſaxorum mole primùm retentis, deinde per foſſas diviſis? Quot in Gallia deliteſcunt flumina, quæ ſi per arenas mediam ferè occupantes partem orbis tranſirent, non mediocrem arenis fœcunditatem darent? Boſporus ſua dulcedine piſcium multitudinem Niliacis arenis numeroſiorem alit, non modò à ſe procreatorum, ſed etiam ab utroque mari: tum mellis & ceræ, frumenti & vini, cæterarumque rerum copiam largitur non modò Boſporanis; ſed etiam infinitis nationibus longinquis, atque adeò ipſi Nilo Ægyptoque permulta impertitur. Iure igitur Boſporus vulgò dicitur, Autumno aureus, Vere argenteus, rectiùs appellandus Chryſorrhoas, quàm quiſquam alius, etiam ſi ſit Chryſorrhoas Damaſcenus. Hic enim unius Damaſci agros irrigat dun-

taxat,

taxat, præterea nihil fert, innaviga
bilis. Iam quiſpiam cœlum Boſpo
damnabit, ut caliginoſum, Apollo
niumque afferet, cùm ſcribit Argonau
tas ex alta ſpecula inſulæ Cyzici pro
ſpexiſſe ἠερόεν στόμα Βοσπόρου δῖον
ἀερῶδες ἤτοι ὀμιχλῶδες. Id enim
non ex Boſporici cœli natura, ſed e
longo intervallo accidit, quo ampli
octoginta millia paſſuum à Cyzico ab
eſt Boſporus. Loca enim longinqua
etſi cœli natura lucida ſint, tamen e
longinquo intervallo proſpecta, ob
ſcura videntur. Erit alius, qui non pro
babit Boſpori oras, ut aſperas & plan
Thracicas: at hæ miti amœnitate ce
tant non ſolùm cum omnis maris li
toribus, ſed etiam cum ripis nobili
ſimorum fluminum. Nilus quiden
ſuam amœnitatem ex una ripa oſten
tat, ex altera deformat, patefacien
exuſtos, & latiſſimè retorridos cam
pos. Vidi Penei ripas, quas amœn
efficiunt illa nobilia Tempe Theſſalic
in nemoroſa convalle inter Oſſam
Olympum ſita, per quæ media Pene
viridis labitur, amœna, ut dicuntu
ſed anguſta, & brevia, undique mo
tibus in altitudinem immenſam ela
coarctata, ut terror adſit prætereun
bus; qui augetur, ſi Livio credimu

ſi

ſtrepitu Penei agreſte quiddam reſonantis. Vidi item ripas amœnas aliquot fluminum Mediæ: hæ enim ſunt illa decantata Tempe Medica, virore quidem plantarum manu ſatarum læta, ſed undique montibus aſperis arenaceis, qui nativis arboribus carent, circumdata: verumtamen nulla amœniora ſpectavi valle, per quam defluit Boſporus utrimque cinctus collibus molliter aſſurgentibus, vallibus leniter pronis, utriſque partim nemoroſis, partim vitiferis & frugiferis, partim amœnitate viretorum, floribus, herbis, arboribus etiam fructuoſis enitentium, inter quæ excellunt horti Regii: quos ſingulos quid aliud eſſe dicam, quàm Theſſalica illa Tempe amœniſſima, ſed longè amœniora, niſi ea Lapithæ Centauri velut Dracones Heſperidum hortos cuſtodirent, proculque ſpectatores arcerent. Sileo rivos perennes & perlucidos circiter triginta hinc atque illinc delabentes in Boſporum, prætereo fontes gelidos. Quid unum jam commemorem Nymphæum Chalcedoniorum, ſitum juxta Boſporum, à permultis antiquis commemoratum? cùm valles Boſpori pluſquam quinquaginta nihil aliud ſint, quàm Nymphæa virore nemorum & pratorum, topiario &



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

coronario naturæ opere ſpectabilia
Ora autem maritima collucet plus tri-
ginta ſinibus portuoſis, ad marginem
uſque profundis : inter quos excelli
ſinus Chryſoceras, hoc eſt Cornucopiæ
ſiquidem aurum omnium rerum co-
piam largitur. Collucebat olim ab ini-
tio Boſpori ad finem ædificiis conti-
nuis, quæ longis bellis everſa iterum
excitantur, ut ab initio Sinus Ceratini
jam littus ad promontorium Eſtias
littus patens in longitudinem circiter
decem miliarium ) exædificatum ſi
ferè continuis ædificiis, non modò in
ſicco, ſed etiam media ex parte in mari
ſubſtructis non modò ad hominum
habitationem, ſed etiam ad ſtationem
ſcapharum, atque excipulas piſcium
quæ omnia patitur mitis Boſporus.
Non enim fremebundo æſtu efferueſcit
in ædificiorum fundamenta, ſicut cæ-
tera freta, quæ littoribus fracta, ſpuma-
rum fervorem in ædium pavimenta
furioſè jactant, & fremitu terribili mur-
murantis maris littora plangentia ma-
ritimas urbes vexant; ſed lenis urbem
& ſuburbana alluit, neque ſeſe effert
extra littus, quamvis humile & pla-
num. Itaque Iaſonem duodecim diis
apud Boſporum ſacrificaſſe, templumque
condidiſſe arbitror, judicantem non
modò

modò hominum, ſed etiam omnium deorum domicilium eſſe Boſporum. Apollo quidem ſex templa habuit juxta Boſporum: antiquiſſimum in urbe Chalcedone, nullis oraculis cedens: duo Byzantii; unum in Xerolopho, cum tripode antiquiſſimo; alterum cum luco laurorum juxta finem Sinus Cornu: quartum, juxta eundem ſinum: quintum in promontorio nuncupato Metopo: ſextum in ſuburbano vico appellato Daphne à profundo luco laurorum Apollini conſecrato, qui in Olympia, ut Mercurium curſu ſecum certantem præverterit, ita periclitaretur certans in medio Boſporo cum Mercurio, qui ſemper præfuit promontorio Hermæo, obſidente maximas Boſpori anguſtias, cujus radices cùm ſuſtinerent Darii pontem, ejusque ſedem in ſaxo exciſam, oſtenderunt Mercurii ingenio Darium Aſiam Europæ quaſi compedibus alligaſſe. Iuſtiùs apud Boſporum perenni certamine Iuno, Venus, Pallas contendunt: quàm ubi ſemel contendiſſe dicuntur. Dulcis Venus mare (unde nata eſt) dulce oſtentat excellere. Iuno colles uberes profert, & promontorium Boſporium, in quo fuit ædes Iunonis Acrææ. Pallas arces Byzantias proponit non judici



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

Paridi juveni paſtori, ſed Iovi antiquiſſimo imperatori, & Neptuno, præſidentibus Boſporo, cujus portas Neptunus ſervare traditur, & claves Ponti cuſtodire, adjutore filio Byzante fabro Clavis Ponticæ, hoc eſt arcis Byzantiæ conditore, in qua antiquum Neptuni templum fuiſſe ſcribit Dionyſius. Iupiter Vrius, imperatorque quamdiu multumque Boſpori anguſtias tutatus ſit, declarat fanum Iovis Vrii, in hunc diem nomen retinens: declarat ejuſdem ſtatua in Boſporo ſita, quæ, cùm tam multa bella ex Ponto emerſerint, ſervata eſt, cùm interim ſua ſigna Iupiter pateretur ex Macedonia, ex Græcia auferri. Cùm Lucullus ex Ponto auferret Coloſeum Apollinem, tamen illam, etſi in toto orbe pulcherrimè facta haberetur, attingere non auſus eſt: nec arce priùs ceſſit, quàm Chriſtus ei ſucceſſit verus Iupiter Vrius, & Imperator: adeò ille Boſporum amore proſequutus eſt, quem nonnihil augere potuit, id quod ſempiterna nominis memoria Boſporus teſtatur ſe transvexiſſe Io, quam Iupiter amavit; Boſporique accola Semyſtra educavit Ceroëſſam Iovis & Ious filiam matrem Byzantis, qui condidit Byzantium. Acriùs igitur & commodiùs in Boſporo, quàm in

Olym-

Olympia de Orbis imperio Iupiter cum Saturno colluctari potuiſſet. Nec modò deorum hominumque Pater, ſed etiam Mater deorum Boſporum accoluit, ſuaque æde arcem oppoſitam arei Iovis Vrii illuſtravit. Neque modò dii deæque inter ſe, ſed etiam ſecum de pulchritudine Boſpori certant. In quo mari Venus dulcior, quàm in dulciore Ponti, cujus aqua potui pecorum utilior, quàm dulcium fluminum? itaque accolentes Pontum omnia pecora ad mare ducunt, ut ex eo bibant. Vbi Venus placidior, quàm in placido Boſporo; ubi Veneris Placidæ ara in Sinu Auricornu nuncupato, ejuſdemque templum in ſuburbano proximo Chalcedoniæ; & in portu Lyciorum, ubi etſi Boſporus frigidus, tamen Venus frigere non poteſt compreſſa collibus Bacchi & Cereris feracibus. Iuno circa Boſporum duplex & gemina, nempe utraque continens, certat non ſolùm de ſimilitudine, ſed etiam de paritate collium, vallium, fontium, frugum, fructuum. Vbi Pallas urbium, arcium tutrix, arcem architectari potuiſſet commodiorem ad retinendum utrumque orbem, quàm in Boſporo? Vbi Pallas Boſpori primas ſibi partes deberi contendat, quàm in arce Byzantii, quò primùm



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

egreſſi Coloniæ deductores Minervam
coluerunt, aramque Minervæ Ecbaſi
ibi erexerunt, & Pallade adjutrice ſta
tim pugnârunt tanquam pro terra pa
tria, nempe Byzantio, quod lumen e
clariſſimum Boſpori. Habuit item a
teram Aram ſupra Boſporum, quam
Megarenſes coloniæ deductores Palla
dis Diſſipatoriæ appellârunt, ab hoſt
bus Barbaris diſſipandis. Diana item
& Ceres, & Bacchus contendunt orna
re Boſporum. Ecquodnam aliud tam
breve ſpatium ſex templa habuit illu
ſtria Dianæ, quàm Boſporus? in cuju
exordio fuit Dianæ Fanum adeò cele
bre, ut idem Fanum ab aliquibus dica
tur Dianæ, ab aliis Iovis. Nuſquam
Diana ſua retia marina tendit feliciu
quàm in Boſporo, in quo medio fu
ædes Dianæ Dictynæ. Finis Boſpo
habuit templum Dianæ Orthoſiæ, &
ædem Perſephones in Promontori
Boſporio: itemque in oppoſito littor
delubrum Dianæ Luciferæ: atque i
Boſpori portu, Lyciorum nuncupato
templum Dianæ Phoſphori. Sed qui
tam multa de Diis? cùm poſſem Boſpo
rum ſuis variis & propriis laudibus e
ferre, niſi hæc pauca præloqui volui
ſem, non tam ut laudem Boſporum e
judicio Deorum, quàm ut Boſpori no
min

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

mina antiqua ſummatim informem uſurpata atque appellata ab aris, templis, cæterisque Deorum monumentis. Itaque Boſporum Deorum domicilium appellavi, quòd in eo omnium majorum Deorum aræ, ædesque multæ & celeberrimæ fuerunt. Iure igitur nonnulli Boſporum, Sacrum Oſtium appellârunt: jure Iaſon duodecim Diis Fanum conſecravit; propterea, ut mihi videtur, quòd omnes Dii ad eum ornandum contendiſſe videntur; contra Soſtratum, qui Boſporum aſſerit Neptuni opus eſſe: mihi potiùs ab orbe condito ipſum patefeciſſe videtur architectus ille ſummus, qui elementa creavit & diſtinxit. Quomodo Neptuni fortuita vi Euxinus Pontus tam ſcitè Boſporum aperire potuiſſet? in quo nihil fortuitum videtur, ſed ſumma ratione factum, ut vix ulla humana mens majore artificio excogitare poſſet commodiorem ad navigandum: aut ſi quis tentaret Boſpori os aliter fingere, ille eſſet, qui in alia corporis parte os hominis, quàm eſt, commodiùs eſſe debuiſſe, fruſtrà probare niteretur. Primùm ſuum introitum inter Cyaneas largum viginti ſtadia, montibus cinctum, velut brachia diſtendit in complexum introëuntium: deinde ſenſim



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

per longitudinem duorum miliarium
uſque ad Promontorium Myrleanum
coarctatur in anguſtias miliarias: pò
in longitudinem quinque miliariorum
quoniam rectus procedit, multos Sinu
portuoſos efficit: atque ad finem uſqu
magnis anfractibus, & crebris ſinibu
pergit flexuoſus uſque ad mœnia By
zantii; cujus mucrone velut roſtro ſcin
ditur in duas partes: quarum rapidic
& major in Propontidem progreditu
paulatim, oris recedentibus uſque dum
inter Chalcedonem & Byzantium di
latatur in quatuordecim ſtadia; ſimi
liter pari introitu aſcendentes excipien
in Pontum, ut excipit deſcendentes e
Ponto. Altera pars Sinum efficit, Cor
nu nuncupatum. Sed quid plura d
Boſporo? ſine quo Byzantium nun
quam extitiſſet, aut vulgaris urbs re
manſiſſet: cujus conditor & geniu
Agathodæmon Boſporus [aut Boſpo
rius] jure dici poteſt & debet: ſin
quo non modò vivere cum dignitate
ſed ne naſci quidem potuiſſet. Et n
habeam inculcare, quæ poſtea dican
de Byzantio, id ferè omne Boſporo ac
ceptum referre oportet, quod laudi
tribui poteſt Byzantio.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

## CAP. I.

*De origine Boſpori, & de ejus multis nominibus.*

BOſpori Thracici origo eſt Pontus Euxinus. Supra Pontum eſt Mæotis, quam matrem & nutricem Ponti divulgavit hominum ſermo, jam ab uſque antiqua memoria traditus. Mæotidis finis Tanais, limes Europæ & Aſiæ. Mæotidem Cimmerico freto excipit Pontus, auctus Mæotide, & multis magniſque fluminibus per Thracium Euripum exit in Propontidem. Et ut magni lacus fluvium aliquem emittere ſolent, ita Pontus emittit in mare Ægæum velut flumen maximum, in principio anguſtum, in medio amplum, in fine ſtrictum. Finis appellatur Helleſpontus; medium verò, lacus ſimilitudinem gerens, Propontis; principium Boſporus. Hunc multis nominibus ſcriptores appellant: Græci quidam αὐλῶνα: Pomponius Mela, canalem, alii Euripum Thracium. Herodotus modò Ponti os appellat, modò αὐχένα. Laurentius vertit *collum*, poterat purè & Latinè reddere *Fauces Pontici maris:* Græci noſtræ ætatis λαιμὸν nominant.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

Turci eodem ſenſu *Bogazin*. Fauces, in-
quit Livius, στενὰ vocant Græci. Boſpo-
rum quidam recentes ſcriptores Ste-
non nuncupant. Pomponius Mela etſi
interdum totum Fretum nominat Fau-
ces, tamen partem ultimam Boſpori
poſitam inter Chalcedonem & Byzan-
tium, propriè appellat Fauces; reliquam
oris partem vocat os. In Boſpori (in-
quit) faucibus oppidum; in ore Tem-
plum eſt. oppidi nomen Chalcedon:
Templi numen Iupiter. Vbi diſtinguit
fauces ab ore; idque aptè: ſive exiſti-
mat Pontum, ut omnes exiſtimant, ex-
ire in Ægæum velut per meatus cujuſ-
piam animalis, nempe primò per Bo-
ſporum, quaſi per os & fauces ſubire in
alvum, hoc eſt in Propontidem: deinde
per Helleſpontum, tanquam per veſicæ
fauces delabi in Ægæum: ſive putat
mare Ægæum exire in Pontum, id quod
putare videtur, ſed falſò, ut paulò infra
oſtendam. Tum enim, revera Ægæum
à Propontide velut ab alvo ejiceretur
in Pontum per fauces & os Boſpori.
Non igitur minùs rectè Threïcias fau-
ces Boſporum appellabimus, quàm Lu-
canus Helleſpontum appellavit. Cicero
Boſporum nunc introitum Ponti, nunc
os, atque anguſtias dicit. Similiter Ari-
ſtides

tides Boſporum appellat εἰσβολὰς τοῦ Πόντου. rectiùs Philoſtratus ἐκβολὰς τοῦ Πόντου, cùm Boſporus ſit Ponti exitus potiùs, quàm introitus: Pomponius Mela anguſtias introitumque maris venientis, nos Fretum, Græci πορθμὸν appellant. Procopius reſtrictius hunc præfinire videtur in libro inſcripto περὶ τῶν ἀνεκδότων, quem ſcripſit contra uſtinianum, contraque ejus uxorem Theodoram. Byzantium, inquit, utrinque Fretum habet: unum in Helleſponto circa Seſtum & Abydum, alterum in Ponti Euxini ore, ubi Fanum nominatur. In Helleſponti Freto tributum quidem minimè exigebatur: Præfectus verò à Rege miſſus in Abydo ſedebat, perſcrutans, ſi qua navis ferens arma, ſine Regis permiſſu, iret Byzantium, aut ſi quis Byzantio ſolviſſet, qui non ferret iteras & ſigna hominum, quibus hæc ura mandata eſſet. Non enim fas quenquam ex urbe Byzantio enavigare ine dimiſſione virorum operam dantium magiſtratui appellato Magiſtro non dimiſſorum. Similiter ſi quis ad Barbaros mearet, apud Fanum Iovis præſidebat, qui perſcrutaretur, ſi qua x Romæorum ditione ferret, quæ ad hoſtes efferre non liceret: nihil tamen huic

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

huic Præfecto exigere licebat ab his, qu
illac navigarent. At ex eo tempore,
quo Iuſtinianus accepit Imperium, in
utroque Freto conſtituit tributum pu-
blicum; & ſtipendio quidem utrique
Freto Præfectos afficiebat. Verùm edi-
cebat, ut omni vi quàm plurimas pecu-
nias inde auferrent. Prætereo cætera
quæ Procopius colligit contra acerbam
exactionem à Iuſtiniano utrique Freto
conſtitutam. Hoc unum duntaxat ex
his percipe, Procopium Boſpori & Hel-
leſponti ſummas anguſtias ſtrictè no-
minare Fretum, ut Titus Livius Fretum
Chalcidici Euripi vocat ſummas angu-
ſtias canalis Eubœam dividentis à Bœo-
tia. Certis & propriis etiam aliis voca-
bulis Boſporum ſcriptores nominant.
Ptolemæus Os occiduum ponti. Apol-
lonius Argonauticorum poëta σκολίου
πόρου στείνοπον appellat: Arrianus Fre-
tum Myſium, à Myſiis populis, cùm id
Myſii accolerent: deinde Thracium à
Thracibus accolis. Potuit etiam appel-
lari Bithynicum, & Mygdonium, &
Bebrycium; cùm Bithynia, quæ clau-
dit Boſpori latus dextrum, Aſiaticum-
que, fuerit etiam appellata Mygdonia
& Bebrycia. Herodotus nominat Bo-
ſporum Chalcedoniæ. Strabo os By-
zantiacum. Ioannes Tzetzes appellat
Boſpo-

ſporum Damaliten ſua ætate nun-
upatum, vulgò Proſphorium. Ariſti-
es januam Ponti vocat; imitatus Pin-
arum, qui Fretum Gaditanum Portas
icit Gaditanas. Ora enim ſimilia por-
s habentur: inde fluminum exitus
ſtia dicuntur. Plinius Fretum Gadita-
um appellat limen interni maris. Eu-
pides Clavem Ponti nuncupat Boſpo-
um. Vnde autem vocetur Boſporus,
ſi omnibus clarum, à bovis meatu;
men dubium controverſumque inter
etuſtiſſimos ſcriptores eſt, quænam
os illa fuerit, & quà tranſierit: quod
on tantopere quærendum putarem,
ſi hoc perſpicuo facto, planè intelli-
re non poſſumus, ubi locus appella-
s Bos ſive Damalis, ubi Chryſopolis.
oëtæ tradunt Io Inachi filiam muta-
m in bovis ſpeciem, ira Iunonis, Fre-
m hoc tranſiſſe, ex eoque Boſporum
ppellatum fuiſſe. Polybius addit trans-
ſe ex Europa ad locum ſua ætate nun-
patum Bovem. Arrianus ex quorun-
m ſententia adjungit, aliam bovem
iſſe, quæ huic Freto nomen dederit,
am dicit Phrygibus urgentibus inco-
mem tranſiiſſe Fretum, poſitum in-
r Chalcedonem & Byzantium; du-
mque illis extitiſſe, quibus divinum
aculum datum erat, ut bovem trans-

itus

itus ducem facerent ; cui obtempera
tes incolumes tranſierunt , hujuſq
meatus monimentum tradit eſſe B
vem æream, excitatam à Chalcedone
ſibus , locumque illic eſſe , qui uſque a
ſuam ætatem forſan ex hac appella
tur Damalis. ſed ubi fuerit locus B
ſive Damalis dictus , poſteà ſuo lo
oſtendam. Dionyſius Byzantius affe
quoſdam tradere, bovem œſtro ſtim
latam ad promontorium , in quo po
ea conditum eſt Byzantium , delata
trajeciſſe meatum medium ; ex eoq
hunc Boſporum , illud Boſporium n
minatum fuiſſe. Alii verò teſtantur i
eò ſic nuncupatum , quòd omne Fr
tum appellare olim ſolerent Boſp
rum. Nonnulli ſcribunt accolas ,
quando olim hoc Fretum trajicere v
lent, rates alligaſſe adjunctis bobus, a
que ita trajeciſſe : ex eoque nomen a
eptum fuiſſe. Nymphis tradit Acari
nem hiſtoriæ mandaſſe, Phryges tra
cere volentes navem ædificaſſe Bov
caput in prora habentem . Hæc qu
dem ex antiquiſſimis ſcriptoribus att
li, ut cognoſcatur num verè recent
ſcriptores tradant, inter quos Ioann
Antiochenus , qui ſcribit à Byzan
conditore Byzantii bovem in hoc Fr
tum immiſſam trajeciſſe ad Chryſop

li

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

m ; ex eoque Boſporum appellatum
iiſſe; cùm Byzas nepos fuerit Ious,
uæ antequam Byzas naſceretur, hunc
analem trajecerat.

## CAP. II.

*De Boſpori principio, & fine, & de ejus longitudine.*

HErodotus Boſporum Thracium ſcribit longum eſſe centum & vi-
inti ſtadia; ſed loca unde incipit, &
eſinit, non explicat. Polybius ſimili-
r longum eſſe dicit, & loca quibus
rminatur, nominat; nempe ex parte
onti, Fano nuncupato; ex parte Pro-
ontidis, Chalcedone. ſed Fani nomen
on declarat, Iovisne, an Dianæ, an
eptuni: nam horum trium fana po-
untur in Ponti introitu. Sed Menip-
us, & Arrianus in ſuis Periplis Bithy-
æ, id Fanum nominant Iovis Vrii, &
ponunt in Aſia, eandem Boſporo lon-
tudinem dantes à Fano Iovis Vrii ad
halcedonem. Similiter Pomponius
ela, oram Boſpori Aſiaticam perſe-
tens, tradit templum in Ponti ore
oſitum authore Iaſone ædificatum,
i nomen eſſet Iupiter. ex eoque tem-
o dicit, ut ingens Pontus ſeſe aperit:
tem Herodoto teſte, ut videret Da-
is apertum, profectus eſt ad Cyaneas

à Græ-

à Græcis Planctas nuncupatas, ubi i
Fano ſedens contemplatus eſt Pontu
mirabilem. Ex quibus dubium cuipia
videri poſſit, an Fanum Iovis fuerit
Cyaneis petris: cùm etiam Dionyſi
Orbis terræ ſcriptor tradat ex ore B
ſpori Thracii (ubi fama eſt petras Cy
neas errantes per altum inter ſe co
curriſſe) mare multum aperiri. ſed i
gens Pontus non modò ex inſulis Cy
neis ſeſe aperit, verùm etiam ex Fa
Iovis, quod etiam hodie ἱερὸν Græci a
pellant, poſito intra Boſporum, diſta
te ab inſulis Cyaneis quadraginta ſt
dia: atque adeò Pontus pateſcit à lo
Boſpori longè interiori, diſtante à Cy
neis plus ſexaginta ſtadia, quem Di
nyſius Byzantius appellat Clavem Po
ti: ubi dicit Pontum eminentibus pr
montoriis tectum incipere aperiri, nu
lo impediente ampliùs verum aſp
ctum maris; Symplegadaſque appell
tas olim fuiſſe flexiones multipliciu
promontoriorum. Itaque Cyaneas p
tras eſſe non modò inſulas nuncupat
Symplegadas, ſed etiam rupes cinge
tes littora Boſpori, & radices Promo
torii, ubi hodie ſpectatur Fanum,
quo Darius contemplari potuit Po
tum longè lateque. At Fanum nunc
patum alibi, quàm ubi hodie ext

n

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

on fuiſſe videtur ex Strabone. Diſtant nquit) Fanum Byzantiorum, & Fa- um Chalcedoniorum à Cyaneis in- lis viginti ſtadia:quorum alterum fuit ovis Vrii, alterum Serapidis. Quam- brem in Sinu, quem Græci hujus æta- s appellant *Dios ſacra*, Fanum Iovis uiſſe videri poteſt: præſertim cùm ſu- ra id, quod nunc vocant *ἱερὸν*, Boſpo- us pergat anguſtus ultra duo miliaria, imirum uſque ad Dios ſacra, ſed ut ibi liqua Iovis ara fuerit. Tamen tem- lum Iovis Vrii terminus Boſpori ab uthoribus celebratus illîc non fuit, & rratum eſſe in Straboniano Codice, el ex ipſius Strabonis verbis liquet, ùm ait apud templum Byzantiorum, t Chalcedoniorum Fretum ſtrictiſſi- um eſſe totius Boſpori, id quod non ſt apud ſinum nuncupatum Dios ſa- ra, tum magis ex Arriano tradente yaneas quadraginta ſtadia diſtare à ano Iovis Vrii, ubi idem totius Boſpo- os ſtrictiſſimum eſſe dicit, ibidemque ſſe oſtium Ponti addit. Philoſtratus, t Dionyſius Byzantius dicunt eſſe qua- uor ſtadiorum. At objicietur Poly- ius, ſcribens Fanum Iovis diſtare ab uropa duodecim ſtadia: objicietur et- m Procopius, tradens Aſiam atque uropam circum Abydum, & Seſtum

prope inter ſe accedere, iterumque ci
ca Byzantium, & Chalcedonem uſq
ad petras Cyaneas olim appellatas, u
Fanum nunc ita appellatum. In his
nim locis decem ſtadiorum intervall
eoque minus utraque continens ſep
ratur ab altera. Quibus objectis reſpo
dendum eſt: non intelligere Polybiu
de latitudine Boſpori, ſed de diſtant
Fani ab Europa: Fani enim arx ſita fu
in ſupercilio Promontorii, ubi etia
nunc caſtrum eſt, quod vulgus etia
Græcorum nominat ἱερὸν, id eſt F
num: aut ſi intelligit fanum juxta lit
Boſpori ſitum, codicis Polybiani err
tum eſſe, aut ipſum errare dicemu
Procopium prorſus à vera menſura a
errare, ſive intelligit de intervallo int
Cyaneas ſito, inter quas Fretum inte
cedens ex Strabone, & meo judicio p
tet in latitudinem viginti ſtadiorun
ſive intelligit Cyaneas cautes, cinge
tes Boſporum, & Promontorium nu
cupatum Fanum, ubi ſcriptores long
antiquiores dicunt duntaxat quatu
ſtadia latas eſſe anguſtias ſupra qu
eminent duo caſtella, alterum ex Aſi
alterum ex Europa, quæ Græci uſq
ad hanc diem vocant ἱερὸν, ubi ant
qua fana fuiſſe cùm ex antedictis aſ
quor, tum ex meis oculis & pedibu
qu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

quibus infrà oſtendam ab ultimis Bo-
pori faucibus inter Chalcedonem, &
Byzantium ſitis, ad caſtella ἱερὰ eſſe
centum & viginti ſtadia: quorum ſitus
oſtendit nullum locum in Boſporo tam
aptum eſſe ad obſidendas Boſpori fau-
ces, quàm locus, ubi hodie ἱερὸν dicitur,
ejuſmodi, qualis à Polybio deſcribitur;
Fanum eſſe locum natura munitiſſi-
mum ſitum in Ponti oſtio; quem By-
zantii ingenti pecunia mercati fuerunt,
opportunitate loci pellecti, ne ullam cui-
quam commoditatem relinquerent in
Pontum, vel ex Ponto navigandi, niſi
id cum voluntate faceret Byzantio-
rum. Is locus ſi ad ſuperiorem Ponti
introitum, intercurrentem inter Myr-
leium & ſinum nuncupatum Dios ſa-
cra fuiſſet, ubi Boſporus largior, & mul-
to rapidior, & undique ferè rupes præ-
ruptæ, non tam ipſi alios impediſſent,
quàm ſemetipſos, non habentes neque
commodum acceſſum, neque portum.
Adde quòd hoſtibus commoditatem
reliquiſſent muniendi Promontorium
quod Fanum etiamnum appellatur, na-
tura munitiſſimum: ad cujus radices
fretum eſt anguſtiſſimum totius Bo-
ſpori. Adde etiam hoc Promontorium
plenum ruinis retinere adhuc veſtigia
veteris oppidi: in cujus ſummo etiam

nunc extat caſtrum muris cinctu
quod Turcorum præſidio diligen
cuſtoditur, oppoſitum oppido Euro
ſimiliter in ruinis jacenti: quod cu
Byzantii tenerent, ſitum è regione f
Aſiatici, ab Strabone nuncupati Ch
cedonici, perſpexerunt commodi
mum eſſe utrumque tenere ad occ
pandas introitus Pontici fauces ang
ſtas, utrinque portum habentes, ol
cathenis claudi ſolitas, quæ uſque
hunc diem in arce Fani Aſiatici ſerv
dicuntur, quod diſtat à Pharo huj
ætatis quadraginta ſtadia, cui vicin
inſulas Cyaneas infrà oſtendam.
quibus pleniùs liquebit Fanum hoc
nuncupatum, eſſe illud Iovis Vrii
num antiquiſſimum, quod Polybi
Herodotus, Menippus poſuerunt fine
Boſpori. Quos miror non ulteriùs p
ſuiſſe ſaltem duo miliaria, uſque ad
num Dios ſacra appellatum, quò uſq
canalis Boſporius pergit anguſtus, u
non multo latior alicubi, quàm ad a
guſtias fani, quum etiam rectiùs fine
Boſpori ad Cyaneas inſulas poſuiſſen
ut Dionyſius Byzantius, & alii ple
que. Inter quos Strabo: Cyaneæ, i
quit, in ore Ponti ſitæ, duæ perpar
ſunt inſululæ; quarum altera Europ
propinqua, altera Aſiæ, diviſæ inter
fre

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

reto lato viginti ſtadia. cui conſentit
ionyſius orbis terræ ſcriptor. Sed ſive
oſpori initium ſit à Cyaneis inſulis, ſi-
e à Fano Iovis, longitudo, quam Stra-
o attribuit Boſporo, diſſentit ab alio-
um longitudine: nam ſi initium ſit à
yaneis inſulis, quas Strabo dicit diſta-
e à Fano viginti ſtadia, non convenit
um Arriano, neque cum meo judicio.
llas enim Arrianus dicit diſtare qua-
lraginta ſtadia à Fano: à quo ſi Boſpo-
us incipit, Strabonis menſura juſta
on eſt; quam ponit hoc modo: Cùm
nquit, ex anguſtiſſimo freto interci-
lenti inter duo fana proceſſeris decem
tadia, obviam ſeſe offert fretum coar-
ans Boſpori fauces in quinque ſtadia:
ùm ab anguſtiis fanorum ad alteras
anguſtias, quæ ſunt ad Hermæum pro-
montorium, ſint amplius quinquagin-
ta ſtadia. Id quod ipſe menſus ſum. Et
Herodotus confirmat: Darius, inquit,
ponte Boſpori tranſitum conjunxit ad
eum locum, qui eſt medius inter Fa-
num, & Byzantium; locumque ubi
pons junctus eſt, continuatis navibus,
Polybius appellat Hermæum promon-
torium, à quo uſque ad Byzantiorum
Cornu nuncupatum Strabo non ab-
ſurdè quadraginta ponit ſtadia, ſi rectè
dimenſus ſum, & priuſquam dimetirer,



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

collegeram ex Sozomeno: A promontorio, inquit, nuncupato Eſtiis ad Conſtantinopolim navigatio eſt circa triginta ſtadiorum: à promontorio Hermæo ad promontorium Eſtias recta navigatio excedit miliare. Ex quo patet à Fano Iovis ad Cornu Byzantiorum ſtadia eſſe ampliùs nonaginta. At ex Strabonis menſura eſſent duntaxat ſexaginta; cùm à Byzantio ad Fanum ex antiquioribus Strabone ſcriptoribus ſtadia conſtet eſſe centum, & viginti: à quibus menſura codicis Pliniani etiam ab Hermolao emendati diſſentit. Boſporus, inquit, D. paſſ. intervallo Aſiam Europæ auferens, abeſt à Chalcedone XII. M. D. paſſ. Inde fauces primæ VIII M. CCL. paſſ. ubi Phinopolis, ſi errore ibi non ſunt notularum numerariarum, ut eſſe longitudinis non videntur Hermolao: certè mihi errare videtur ponens XII. M. D. paſſ. à Chalcedone ad anguſtias Boſpori largas D. paſſ. ſive eas intelligit eſſe in Hermæo: ut intelliger videtur alio loco. Anguſtiæ, inquit Thracii Boſpori appellantur latitudine D. paſſ. quà Darius pater Xerxis ponte tranſvexit copias. At, ut jam dixi, Strabo ab anguſtiis Hermæi Promontorii ad Cornu Byzantiorum ponit quadraginta ſtadia. Herodotus ab his anguſtiis

a

d Chalcedonem miliaria deſignat cir-
iter ſeptem, & quingentos paſſus, cùm
ocum ubi Darius pontem fecit, me-
ium eſſe dicit inter Fanum, & Byzan-
ium: unde fauces primæ non abeſſent
Chalcedone octo miliaria. Sive Pli-
ius intelligit anguſtias Fani, tum enim
nagis fallitur. Nam ex Polybio à Fano
d Chalcedonem ſunt centum & vi-
inti ſtadia. Quòd autem addit ab his
nguſtiis ad fauces primas, ubi Phino-
olis eſt, VIII. M. CCL. deſignat fauces
rope Cyaneas, cùm dicit ibi eſſe Phi-
opolim, quam alio loco dicit eſſe jux-
a Boſporum: aberrare videtur. Nam ſi-
ve à Promontorii Hermæi anguſtiis in-
elligit, ſunt amplius XII. miliaria ad
Cyaneas, ſive à Fani anguſtiis, quas Ar-
rianus tradit diſtare à Cyaneis quadra-
ginta ſtadia. Sed quid diutiùs me tor-
quet Plinii inconſtantia, qui alibi non
veretur ſcribere, Cyaneas diſtare ab
oſtio M. XIIII. ab Europa M. D. quæ
profectò non diſtant ab Europa plus
octoginta paſſibus Romanis: neque ab
oſtio, etiamſi ejus initium ſit à Fano
Iovis, amplius quinque miliaribus. Ve-
rùm illi non ferendi, ignorantes ini-
tium, & finem Boſpori, quos deſignat
Euſtathius. Thracicum, inquit, Boſpo-
rum alii dicunt eſſe anguſtias Anapli



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

nuncupati. Ego verò poſtea oſtenda
Anaplum eſſe prope Eſtias promont
rium: deinde adjungit Euſtathius di
gentiùs perfectiuſque tradere, qui c
cunt ſupra Chalcedonem eſſe os Pon
ubi etiam ſunt maximæ anguſtiæ: ne
pe deſignat anguſtias, quas dixi un
apud Promontorium Hermæum, alt
ras ad Fanum Iovis. In quo errore c
gnovi eſſe nonnullos Byzantios il
exiſtimantes Boſporum dici ex eo quò
boves ultrò citroque tranſire ſolitos ſ
pe viderint. Plinius ſimiliter anguſti
Boſpori propriè Boſporum appella
videtur; cùm ait, Boſporus D. P. i
tervallo Aſiam Europæ auferens ab
à Chalcedone XII. M. D. P. inde fauc
primæ. Nam quòd Xenophontis cod
ces tam editi, quàm nondum editi h
beant Chryſopolim Aſiæ urbem ext
Ponti oſtium ſitam eſſe, ſic enim Gra
cè eſt, ἔξω τοῦ στόματος, ſed exiſtim
legendum ἔσω, vel εἴσω τοῦ στόματος
cùm omnes Geographi intra Boſp
rum conſtituunt Chryſopolim, quæ i
penitiore Boſporo eſt quàm Chalcedo
& Byzantium urbes ab omnibus prin
cipibus geographis in Boſporo conſt
tutæ. Itaque miror Herodianum ſcr
bere Byzantium ſitum eſſe in anguſti
ſimo Propontidis freto: quem faci

pat

aterer ſi duntaxat dixiſſet ſitum juxta
ropontidem, quòd fortaſſe etiam He-
odiani ætate Byzantium aliqua ex par-
e, ſed minima ex tribus Propontidem
ttingeret. At ex ea parte Fretum an-
uſtiſſimum non eſt, ac potiùs nullum
retum eſt, ſed lata Propontis. Neſcio
n imitatus ſit Polybium, qui Helle-
pontum appellat Propontidis angu-
ias. Varro Propontidis fauces dixit,
bi Xerxes pontem junxit. At hi etſi
oterant appellare Ponti ſecundas an-
uſtias & fauces, tamen rectè appellà-
unt Propontidis. Nam influit in Hel-
eſpontum Propontis, at non item in
ioſporum: quin nuſquam Boſporus
apidior fertur adverſus Propontidem,
uàm circa Byzantium. In eodem er-
ore eſt Euſtachius, ponens Chalcedo-
iem in Propontide: ſic enim interpre-
atur Dionyſii verſum,

> Χαλκιδέες μὲν πρόσθε παρὰ στό-
> μα γαῖαν ἔχουσιν,

ουτέστι περὶ στόμα, ἤγουν περὶ τὴν
Προποντίδα, cùm potiùs interpretari
Boſporum debuiſſet. Similiter labitur
Priſcianus, ſic eundem verſum Latinè
eddens:

> *Sunt Chalcedonii primi poſt oſtia*
> *Ponti,*



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

contra Herodoti Polybii, Strabonis,
reliquorum ſummorum ſcriptorum
ſententiam, qui intercedens Fretum
ter Chalcedonem & Byzantium app
lant Boſporum. Dionyſius Byzant
antiquiſſimus Boſporici Anapli ſcript
Promontorium, in quo ſitum eſt B
zantium appellat Boſporium, ex
quòd bos illa, quæ nomen dedit Boſp
ro; ex hoc Promontorio tranſierit
Aſiam. Sed quàm interdum Geog
phiæ negligentes fuerint etiam inſign
Grammatici, cùm ex aliis perſpexi, tu
ex Euſtachio, & Priſciano, tum ma
mè ex Ioanne Tzetze, qui Boſporu
Thracium appellandum eſſe Helleſpo
tium, & totam Propontidem Hel
ſpontiam præſcribit, magis quàm d
cet. Sed quàm arroganti licentia,
ipſo loquente cognoſce. Boſporus, i
quit, apud nos appellatur Thracius,
Helleſpontius, is, qui communi co
ſuetudine Proſphorion vocatur. Di
etiam Helleſpontum, unde, & quo
que tendat. Ex Abydi anguſtiis, &
omnibus mediis interjectis, uſque
pontem Blachernarum Helleſpont
appellatur, Bebrycium mare in med
poſitum circumcludens, mareque H
racleæ Thracicæ. Quis autem ma
ſcriptor de Boſporis duobus ſcripſer

&

: de Helleſponto, è turba multorum
iſtoricorum haud ſcio: tamen Tzet-
em ne mentiri in hujuſmodi rebus exi-
imes, ſed exactiùs dicere omnibus hi-
oricis, & magis memoriter, quàm
uiſquam viventium. Quis talem Græ-
ulam vanitatem, vel potiùs abaſgicam
rat? Profitetur ſe neſcire quis è multis
iſtoricis ſcripſerit de Boſporo. Et cùm
æc neſciat, tamen aſſeveranter affir-
nat ſe omnium optimè ſcire, quis ſit
oſporus, & Helleſpontus. De quibus
ùm nihil doceat, ſed tyrannicè præ-
ribat pauca, & in his paucis à ſeipſo
iſſentit. Helleſpontum enim dicit ap-
ellari omne mare, quod intercedit in-
er Abydi anguſtias, & pontem Bla-
hernarum, hoc eſt totam Proponti-
em, & partem Boſpori. cur Helle-
pontum finit pontem Blachernarum?
ùm priùs definierit Boſporum Thra-
ium appellari Helleſpontium, etiam in
nediis anguſtiis, ubi Darius pontem
unxit. Quid cauſæ hunc moverit, cur
am temerè Boſporum præſcripſerit,
icam ne, an juſſerit Helleſpontium
ſſe appellandum? Non reperio: niſi
ortè in Homero legerat ϖλατὺν ἑλ-
ήσποντον. At Euſtathius exponit Hel-
eſpontum anguſtum eſſe inter Seſtum
: Abydum: latum verò ad Sigæum, &

Rhœ-

Rhœtium promontoria. Dionyſius A-
lexandrinus Æolidem regionem ſita
eſſe dicit ſupra magnum Helleſpon-
tum: unde aliqui interpretati ſunt He
leſpontum ſibi partem vicinam ma
Ægæi vindicare, partemque Propont
dis; at propinquam, alii Tzetze ſimile
πλατὺν καὶ μέγαν ἑλλήσποντον min
rectè interpretati ſunt totam Propo
tidem, ut oſtendam in tractatione Pr
pontidis. Nam Euſtathius cùm uno l
co ait Propontidem eſſe os Ponti, co
rigendus eſſet, niſi alio loco reſipiſce
videretur, cùm inquit, exactiùs, &
mendatiùs dicunt, qui tradunt os Po
ti eſſe ſupra Chalcedonem, ut tradu
omnes Hiſtorici, Geographi, Poëtæqu
Dionyſius Alexandrinus, & Apoll
nius Rhodius, qui omnes, ut parti
ſint Helleſpontum, & Propontide
aliàs dicam: ut verò Boſporum term
nârint, jam dixi: cujus de initio, & fi
quid certiſſimum habeam, ſi quis mea
ſententiam fortè requirit, dico no
modò ex capitis, ſed etiam ex pedu
ſenſu, initium Boſpori à Cyaneis, no
à Fano mihi videri, intuenti à Pr
montorio Phari, cui proximæ ſu
Cyaneæ inſulæ Europeæ ad promont
rium Aſiæ contrarium, propinquu
Cyaneis Aſiaticis Pontum, coarctari i

Fr

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

etum latum viginti ſtadia. Vt tam ctè ibi Boſporus vocari debeat, quàm Chalcedone, ubi finitur. Nam ut ſpa-um, quod intercedit inter Chalcedo-m, & Byzantium, dilatatur in ſtadia citer viginti, deinde ſenſim in ſeptem dia ſtringitur, ſic inter Cyaneas fre-m interjectum latum eſt viginti ſta-a. Deinde ſenſim ſtringitur uſque ad yrlianum promontorium in angu-as paulo latiores anguſtiis Fani. ſed Cyaneis copioſiùs dicetur. Iam de itio Boſpori loquor, quod à Cyaneis ici aſſeveranter affirmo. Ergo, dicet iiſpiam, errârunt Polybius, Herodo-s, Menippus, atque alii plerique anti-iiſſimi, & eruditiſſimi, qui Boſporum no Iovis terminarunt. Erraſſe non co, ſed ita intelligendos cenſeo, cùm ſpatii, quod intercedit inter Fanum, Cyaneas Inſulas ſuburbanis duorum norum ſolo Freto diviſorum plenum ſet ædificiis, hæc omnia tunc Fana iſſe nuncupata, ut nunc eadem loca ocant ἱερὰ, atque ipſum os Ponti ab cibus Fanorum ad Cyaneas vulgus ocat ἱερόν. Ita enim malo intelligere ntos autores, ut eos reverear potiùs, iàm accuſem negligentiam. Quam-s Polybius, id intervallum ſitum inter na & Cyaneas excludere ab ore Ponti

vide-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

videtur, cùm ait à Cyaneis ad Fanu
Iovis Vrii, ubi eſt oſtium Ponti, quad
ginta eſſe ſtadia. Quid enim neceſſe e
definire, eſſe os Ponti, ubi eſt Fanu
cùm etiam id ſit, ubi ſunt Cyaneæ?
militer Strabo ſentire videretur, cu
ait, Cyaneas inter ſe diviſas eſſe fr
lato viginti ſtadia, tantundemque e
dem diſtare à Fano Byzantiorum, qu
eſt ſtrictiſſimum totius Boſpori Th
cii, quodque etiam eſt oſtium Po
niſi priùs dixiſſet Cyaneas Inſulas
Ponti ore ſitas eſſe. Itaque Polybium
militer, ut Strabonem ſentire dici co
venit, potiùs quàm accuſare neglige
tiam metiendi Boſpori veram longi
dinem: quæ ſi à Cyaneis incipit, lo
gior eſt quadraginta ſtadiis, quàm ſi
orditur à Fano. Non ut mihi ſoli vi
tur, ſed & Arriano, ſcribenti, à C
neis ad Fanum Iovis Vrii eſſe quad
ginta ſtadia, à Fano ad portum Lau
inſanæ quadraginta, à Daphne Byz
tium octoginta ſtadia. Quare mir
Dionyſium Byzantium ſcribentem B
ſpori longitudinem centum & vigi
ſtadia patere, cùm Inſulis Cyaneis
Boſporũ terminet. Niſi arbitrer ipſu
ſecutum aliorum judicium, ponentiu
initium Boſpori in Fano, potius quà
ſuum: aut fortaſſe erratum eſt Codic
tra

nſcripti à neſcio quo, exiſtimante in
onyſio ita legendum, ut in aliorum
iptorum Codicibus Boſpori dimen-
nem legerat. Iam cùm ex antedictis
ueat, totius Boſpori longitudinem
e centum & ſexaginta ſtadiorum,
ngè errat Sozimus Hiſtoricus, Boſpo-
m tradens longum trecenta circiter
dia; & Promontorium Fanum nun-
patum, in ore Ponti ſitum, diſtare à
alcedone ducenta ſtadia; ſive intelli-
medium & directum curſum Boſpo-
ſive ejus oram terreſtrem, quam ipſe,
o ad fieri potuit, meis paſſibus men-
ſum, motus tanta authorum diſſen-
ne, quæ me currentem incitavit, ut
dibus ſemel, & navigatione iterum,
ſæpiùs Boſporum perluſtrarem: at-
e ita metirer à fine Boſpori ad pro-
ontorium Boſporium plus minuſve
ſtadia eſſe, à Boſporio promonto-
ad Metopum, fauces Sinus Ceratini
enſus ſum oculis totidem ſtadia pa-
e: à Metopo ad Fanum pedibus pro-
tus, ſecundum litus Europeum am-
lavi circiter triginta novem millia
ſſuum meorum: qui deductis flexi-
s & ſinibus adverti abſonam non
e menſuram eorum, qui à Fano ad
imas Boſpori fauces, inter Chalcedo-
m & Byzantium ſitas numerant
centum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

centum & viginti ſtadia: inde uſque
Pharum, ubi Cyanea Europia oc
quantum æſtimare potui, rectè Ar
nus numerat quadraginta ſtadia, p
bus metiri non potui ob prærupt
littus rupibus præcipitibus. Quam
littus totum circuire tentaverim c
ſtanti quidem nixu, ſed inconſta
menſura, ut enim pedibus manibuſ
ad virgulta adnitens aſcenderam, c
feſtim objecta rupe præciſa & dir
mihi cum periculo deſcendendum e
Sed ſatis ſuperque de Boſpori long
dine, atque de ejus principio & f
quem aliqui ponunt, ubi principi
exiſtit, habentes rationem navig
tium ex Propontide in Pontum, m
quàm naturalis principii Boſporici
cipientis à Ponto, & deſinentis in
pontidem. Quod nihil mihi aliud
videtur, quàm oſtia fluminum appe
re initia, eorumque fontes, finem
Cæſar oſtia Rheni vocat capita;
ſcriptores, fluminum fontes nomin
ſolent capita.

## CAP. III.

### *De latitudine Boſpori.*

VAria Boſpori latitudo eſt, ne
forte ſeducatur, Herodoto, aliiſ
ſimpliciter præfinientibus Boſpori l

tudin

udinem quatuor aut quinque ſtadiis,
ı enim intelligenda eſt anguſtiſſima,
t profectò eſt duobus locis. Primus eſt
d Fanum Iovis, ubi Arrianus & Stra-
o, ajunt Boſporum anguſtiſſimum.
hiloſtratus & Dionyſius Byzantius
em ſentiunt, atque definiunt largum
uatuor ſtadia. Alter locus eſt ad Her-
æum promontorium, quem Strabo,
Pomponius Mela dicunt latum quin-
ue ſtadia. Polybius ſimiliter ſentit, ad-
itque ſtrictiſſimum eſſe oris Pontici:
ionyſius Byzantius ait quatuor ſta-
iorum. Has utraſque anguſtias fune
enſus eſſem, niſi ſuſpicioſi accolæ me
eterruiſſent. Sed tamen quantum o-
ulis judicare poteram, mihi videban-
ır eadem ferè latitudine; dimidio qui-
em arctiores, quàm Helleſponti: tam-
tſi Lucanus Helleſpontias aut arctio-
es, aut non minùs arctas deſignare vi-
etur his verſibus,

*Threïciaſque legit fauces, & amore notatum*
*Æquor, & Heroas lachrymoſo littore turres,*
*Quà pelago nomen Nepheleïas abſtulit Helle,*
*Non Aſiam brevioris aquæ diſtermi-nat uſquam*
*Fluctus ab Europa, quamvis Byzantion arcto*

*Pontus, & oſtriferam dirimat Ch*
*cedona curſu.*
Hæ Boſpori ſolæ duæ anguſtiæ ſunt n
tatæ literarum monumentis. At piſ
tores noſtræ ætatis alias ponunt a
guſtias. Vnas quidem à promonto
Europæo nuncupato Eſtiis, ad litt
Aſiaticum, quod vulgò vocatur C
crium, eaſque piſcatores nonnulli
ſtantur tam anguſtas eſſe, quàm
Hermæum promontorium: alias a
guſtias definiunt piſcatores inter p
montorium Argyronium, & Milto
quas tam anguſtas inquiunt, quà
ad Fanum Iovis. Equidem ipſe al
animadverti anguſtias inter Coraciu
promontorium, & portum Lyciorū
alias inter promontorium Clidiun
& littus contrarium, vicinum Vi
Stauro nuncupato. Reliqua Boſp
latitudo varia eſt; ſed vix uſquam e
cedit duodecim ſtadia, niſi ubi in a
quos ſinus dilatatur, atque ubi pri
cipium eſt inter Cyaneas, latum vigi
ti ſtadia, & finis inter Byzantium
Chalcedonem, quem Polybius di
patere in longitudinem quatuordeci
ſtadiorum. Antoninus Pius in ſuo i
nere trajectum ait à Byzantio ad Ch
cedonem eſſe quatuor mille paſſuu
Plinius Chalcedonem ſcribit diſta

Byza

yzantio ſeptem ſtadia. Idem alio lo-
), Pelamidum, inquit, omnis captura
yzantii, magna Chalcedonis penuria
. paſſ. interfluentis medii Euripi: ſic
nim legebatur ante caſtigationem
ermolai. At is legendum cenſet D.
it DC. & Strabonem affert id inter-
allum tradere πεντεςάδιον: quaſi verò
intaxat de loco Boſpori anguſtiſſimo
telligi poſſit. Quaſi verò, ut Plinius
t, ex eo loco territi piſces ſaxi aſpectu
iri candoris peterent Byzantium. At
cus ubi fuit hoc ſaxum non fuit in
uripi anguſtiis quinque, aut quatuor
adiorum: ſed, ut infrà oſtendam,
trajectu lato plus minuſve mille paſ-
bus. At enim quantum oculis æſti-
iare potui, Euripus intercedens inter
halcedonem & Byzantium non at-
ngit duo de viginti ſtadia. Diony-
us Byzantius canalem Boſpori in-
rcurrentem inter promontorium
uncupatum Bovem ſive Damalim,
contrarium promontorium Boſpo-
um nominatum, in quo Byzantium
tum eſt, ſcribit latum eſſe ſeptem
adia.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

## CAP. IV.

*De figura Boſpori, & de ejus decurſu certo quidem, ſed multiplici.*

QVæ Boſpori figura, quive decurſu an continuatus à principio ad nem decurrere perſeveret, an interdu intermittat defluere; qui flexus, qui nus, utrum canalis per planitiem, a inter montes; rapidus ne ſit locoru anguſtiis, an objectionibus promo toriorum, quodnam ejus littus præ ceps, & præruptum, & quod planum jam declarare conabor. Boſporus no rectus procedit, ſed flexuoſus, ut ſcrib Apollonius Rhodius & Eratoſthene σκόλιος: at quo modo, non ſcribun Progreditur enim non Mæandri mor aut aliorum fluminum, quæ recurv & tortuoſis flexibus feruntur, nō ap ad navigandum: ſed ita ipſum natu incurvavit, ut ſubinde ad parallel promontoriorum eminentias fractu per multosque anfractus retentus, ſed tior mearet, aptiorque ad navigandu decurreret, undique montibus cinctu Vnde fit, ut non modò triginta port nobiles habeat, ſed totus ferè portu ſus ſit: qui ſi planitie cingeretur, a rectus pergeret, valdè ad navigandu ncommodus eſſet. At per anfract

po

rtuoſos amplos pergens, ad formam
rmæ, ad navigandum commodiſſi-
us habetur. Vt enim norma fabrilis
nſtat regulis duabus, ita junctis capi-
us duobus, & divaricatis alteris ca-
tibus, ut rectum angulum efficiant;
Boſpori decurſus ex Ponto exiens à
ſitione cœli media inter Orientem
lſtitialem, & Septentriones ad Hy-
rnum occaſum directo curſu proce-
ns ampliùs duo miliaria primum la-
s anguli normalis efficit ad ſinum Ba-
ycolpon nuncupatum, à quo flexus
Orientem Hybernum recto itinere
rgens in longitudinem paulo am-
ius duorum miliarium alterum latus
rmæ complet. Exinde alio facto an-
ilo normali accedit ad promonto-
um Hermæum, circiter tria millia
ſſuum Romanorum ad occaſum ver-
s. Inde à Septentrionibus ad Meridia-
um cardinem à regione cœli media
ter Septentrionem, & ortum ſolſti-
alem ad occaſum Hybernum perve-
t Byzantium: unde à Septentrione
l Meridiem rapitur in Propontidem.
ſumma, ab initio ad finem ſeptem
cit anfractus non modò Boſporicus
nalis, ſed littus etiam utrimque ca-
alem cingens. Hi ſeptem anfractus al-
rni retundunt alternas ſeptenas rapi-
 das

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

das confluentis percuſſiones, & ret
quent in contrarium littus. Primus
curſus effluentis Boſpori ab initio
ctus defertur in Europam, ad locu
appellatum Petram Dicæam: Alter
Aſiam ad locum Glarium nuncup
tum: Tertius in Europam contra H
mæum promontorium. Non igit
decurſus Boſpori à Ponto ad Hermeu
promontorium ſimilis eſt ob ſimilit
dinem, ut Polybius ait, locorum utri
que Boſporum attingentium; cùm ja
viderimus ob ſimilitudinem duos
curſus confici ultra promontoriu
Hermæum diverſos à communi dec
ſu Boſpori. Id quod ego iterum, &
piùs vidi, & piſcatores teſtantur, atq
Dionyſius Byzantius inter Dicæam
tram, & promontorium Hermæu
ponit ὀξύῤῥουν καὶ περίῤῥουν, promont
ria ita nuncupata à vehementi deflu
Boſpori. Quartus decurſus defertur
Aſiæ promontorium vulgò nomin
tum Moletrinum: Quintus in Eur
pam, ad Promontorium [ Eſtias: ]
quo violenter rejectus, ita fertur in
ſiam ut exiliter deinde repulſus ab E
ropa jactetur fluctuans juxta Aſia
primò ad utrumque promontoriu
claudens vicum Chryſoceramum, p
ſtea ad promontorium dictum Bove



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

ve Damalim. A quo ſeptimus repul-
is rapidus fertur ad Promontorium
oſporium, ſive Byzantium nuncupa-
um. Cujus mucrone diſciſſus diffluit
1 duas partes: quarum rapidior præ-
ipitat in Fretum ad Propontidem ver-
us; altera debilior exilit in ſinum Cor-
u appellatum. Hi ſeptem decurſus flu-
tuum adeò impetu rapido feruntur,
t remos præternavigantium vi ra-
iant, molaſque verſare valeant: ut
ovem locis moletrina conſtitui poſ-
int; neque tantùm molas, ſed & na-
es remis, & velis impulſas retardent,
x longè retrò interdum convertant:
tque adeò piſces ipſos, & Cancros, à
eleritate nominatos Equites, iter ter-
eſtre inire cogant. In cæteris locis de-
luxus Boſporici feruntur ſimiles ob ſi-
nilitudinem locorum ex utraque parte
analem attingentium: quibus ſimili-
bus utriuſque continentis contractus
fluvii in modum deſcendit. Vnde au-
tem fiat, ut hi ſeptem decurſus deflu-
xionis Boſporicæ ſint rapidiores cæte-
ris fluctibus, & efferveſcentes in ter-
ram, cùm littus attigerint, referveſcant,
& revolvantur identidem; profectò
id fieri exiſtimo, non tam locorum an-
guſtiis, ut quidam putant, quàm an-
fractibus promontoriorum objecto-
 rum,

rum, quibus ut refractus retardatu
ſic anguſtiis proclivior, incitatiorqu
labitur. Si enim anguſtiis locorum
fieret, rapidior eſſet apud Fanum Iovi
at ibi rapidus non eſt, ob directum ca
nalis alveum. Nam primus anfractu
& ultimus, patentes in latitudine
circiter miliaris, non tam anguſtiis u
triuſq; continentis refringuntur, quà
objectione promontoriorum fluctus re
jicientium in contrarium littus: ut a
Hermæo promontorio tanquam ict
quodam repulſus in oppoſita Aſiæ loc
recidat, illinc rurſus revertens, ad pro
montorium Eſtias fertur; à quo refra
ctus incurrit in locum Bovem. Tanto
que impetu hi anfractus retorquentu
ut non modò undarum partem majo
rem & violentiorem deorſum detru
dant: ſed etiam debiliorem, & com
munem Boſpori decurſum ſurſum ver
ſus recurrere cogant. Vidi etiam re
flante vento rejectos fluctus à promon
torio Boſporio per vertices ferri ad E
ſtias, verſus promontorium, ubi col
luctatio quædam verticoſa videtur cō
trariorum fluctuum, aliorum deſcen
dentium, aliorum aſcendentium. Si
enim undarum curſus fertur contra
promontorium Boſporium, ut & flu
vios ingredientes Sinum nuncupatum

Cor

ornu, & fluxum Boſpori illuc reje-
um exire non permittat: ſed cogat
s aſcendere ultra tria miliaria: id
uod percipitur etiam oculis vulgi, cùm
umina Sinum Cornu ingreſſa turbida
multis pluviis, non poſſunt ſubire
rſum fluxus delati à loco Bove nun-
pato ad promontorium Byzantinũ:
i videntur aquæ turbidæ aſcendentes
npliùs ſtadia quindecim, diviſæ à de-
rſu fluxus clari & cærulei deſcenden-
à promontorio Eſtiis: ad quod de-
rſus rapidus quidem defertur, ſed
ulo infra multis vorticibus circum-
tur, ob rejectiones aliorum promon-
riorum. Itidem fluxus ad promon-
rium Aſiæ, quod vulgò vocant Mo-
rinum, etſi aſſiduo, & rapido curſu
jicitur, ut ejus murmur circumſo-
ns audiatur; tamen paulò infra va-
& multipliciter revolvitur, ob re-
lſiones contrariorum fluctuum. Ita-
e duplici curſu fermè uſq; ad Fanum
vis fluxus Boſpori movetur: uno
idem deorſum verſùs, depulſus à lo-
rum anguſtiis & rejectionibus pro-
ontoriorum; altero ſurſum rejecto à
olentia fluxus deſcendentis, & coër-
o ſinibus, & flexibus. In ſumma,
os dixi promontoriorũ & fluctuum
fractus ſepties curſum communem



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

Boſpori ſiſtunt, & violenter coërce
ut cogant ipſum retrorſum curre
nimirum primus decurſus, contra p
tram Dicæam olim nuncupatam de
tus, retundit fluxum Boſpori comm
nem in Bathycolpon ſinum ita nom
natum, uſque ad Scletrinum ſinu
Secundus, à promontoriis Aſiæ, qu
rum unũ appellat Dionyſius Ὀξύρρ
alterum Περίῤῥουν, repulſus, decurſ
repellit communem in ſinum Solta
cum dictum, uſque ad promontoriu
Turcicum nominatum. Tertius, à p
montorio Hermæo rejectus, rejicit
ſinum Phidaliæ, uſque ad Comma
des. Quartus, à promontorio Mc
trinario in ſinum Anapli appellatu
uſque ad promontorium Amanolu
Quintus, à promontorio appell
Eſtiis in ſinum τῶν χηλῶν, ad Neo
ſtrum uſque. Sextus, & ſeptimus
fracti à Damalico & Boſporio prom
toriis, rejiciunt defluxum debilem
loca ſuperiora, ad promontorium
ſtias verſus. Hæc quidem multa att
ut planiùs percipiantur Hipparchi p
pauca verba, ſed multi momenti.
enim narrat Boſporum, etſi ſolum
fluxum habeat, & non refluxum, ta
μονὰς ποτὲ ποιεῖσθαι, hoc eſt, man

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

s facere, ſtare, ſubſiſtere. Ex ante-
ctis jam facilè cognoſcimus Mæotim
è matrem Ponti, & Pontum Boſpori
trem, & Propontidis, & Helleſpon-
, contra Procopium, ſcribentem duo
aria, Ægæum & Euxinum nomina-
m Pontum, coïre inter ſe ad Byzan-
partem Orientalem; contra etiam
s, qui aſſerere audent illorum origi-
m eſſe à freto Gaditano. Per quod
cunt mare ingrediens nuſquam deſi-
re, quoad in Colchos pervenerit.
am quod, ut ipſi etiam fatentur, ef-
ixus Ponti velut fluvius deſcendat ad
bem Byzantium, dicunt nihil ad rem
ferre: omnibus enim fretis affectio-
s accidere ſolitas eſſe, quæ nulli ra-
oni perſpicuæ videntur, quas nemo
nquam explicare potuit, ne Ariſtote-
s quidem ratiocinationis naturalis
inceps: qui hujuſce rei cauſa ad Chal-
dem Eubœæ profectus, Chalcidici fre-
, quod Euripum nominant, rationem
aturalem exactiſſimè ſcrutari volens,
im diu multumque hujus curſus in-
abiles & vagos conſideraſſet, miſerè
ortuus eſt. Maxima pars ſcriptorum
adit hunc Euripum ſeptem curſus in
ie definire, totidemque referre. Quid,
icero inquit, Chalcidico Euripo in
otu identidem reciprocando putas
fieri

fieri poſſe conſtantius? T. Livius co
tradicit, ventosque affert, ab utriusq
terræ præaltis montibus ſubitos,
procelloſos dejici, fretumque ipſu
Chalcidici Euripi ciere, ejusque motu
non ſepties die (ſicut fama fert) tem
poribus ſtatis reciprocari; ſed teme
in modum venti, nunc huc, nunc ill
verſo mari, velut monte præcipiti d
volutum, torrentem rapi. Equidem
Chalcidem cùm veniſſem, Livii ſente
tiam probare non poteram, cùm nu
flante vento certis temporibus co
templarer modò ferri ab ortu Sol
modò ab occaſu, tanto impetu, ut ve
tos contrarios, & plena navigia cont
navigantia ſecum aſportaret: molasq
multas ab eo verſari vidi aliquot ho
ab ortu ad occaſum Solis, aliquot
occaſu ad Orientem. Cùm autem i
à moletrinariis, qui ex molarum mo
acceſſum, & receſſum omnium ma
mè animadvertere habent neceſſe, p
cunctatus eſſem, quoties, & quot h
ras nunc huc, nunc illuc convertere
tur molæ, reſponderunt communit
intra viginti quatuor horas curſu
quater mutari ſolitum eſſe; ſex ho
ab una parte accedere, totidem ab
tera recedere. Cùm autem adjunge
inciperent, eſſe quædam tempora, cù


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

s certas vices non obſervaret: & ipſe
mium attento vultu, & animo exci-
ens illorum ſermonem, & rei verita-
n ſcire cupiens, quænam eſſent illa
mpora inquirere aggreſſus, depre-
nſus à quibuſdam Coryceis, & re-
nte correptus, ut explorator aliquan-
i in cuſtodia retentus ſum. Iam in
eto dividente Italiam à Sicilia multa
æter rationem fieri ſolent. Videtur
im ex mari Adriatico fluxus illuc ac-
dere, & ex mari Thyrreno. ſed hoc
pente crebros vortices à nulla nobis
rſpecta cauſa ciere, & naves perdere
rſpicitur; proptereaque à Poëtis di-
ntur à Charybdi abſorberi. Qui verò
cunt in Freto Siculo multa fieri præ-
r rationem, iidem putant plurima e-
ſmodi prę ter rationem fieri in omni-
is Fretis, ex proxima utrimque terra,
jus anguſtiis ajunt curſum fluxus in
aſdam neceſſitates cogi; rationem
on habentes, quamobrem etſi fluxus
Fano Iovis ad urbem Byzantium vi-
tur ferri: tamen nemo, inquiunt,
ctè aſſeret mare Ægæum, & Pontum
uc deſinere: quorum opinionem con-
mare videntur piſcatores noſtræ æ-
tis piſcari in Boſporo ſoliti. Hi enim
ſtantur Boſporum immenſos gurgi-
s, & voragines habere. Neque omni-

no

no totum Boſpori fluxum abire Byza
tium, ſed ejus quandam partem ſup
ram, & ſummam hominum ocu
perſpicuam ex Ponto deferri Byza
tium verſus; alteram verò partem i
feram attingentem vadum, contra d
curſum ſuperi & ſummi fluctus pro
dere: id quod ipſi ſe colligere dictita
ex eo, quòd poſtquam retia dejeceru
in profundam altitudinem, ſemper
imo fluxu aſportata feruntur ſurſu
ad Fanum verſus. Vidi tempeſtatib
navigia demerſa nuſquam extitiſſe, n
que eorum vectores, quod argumen
eſt fretum hoc quoſdam abyſſos & v
ragines habere: in quarum altitudine
contrariis fluctibus præcipitia agant
eaque demerguntur. Sed de his ut qu
que volet, judicet: ego tamen Pontu
per Boſporum in Propontidem n
modò decurſus perpetuos medii al
tenere, ſed etiam ad certos anfract
converſiones perpetuas ſempiterna
conficere cùm ex antedictis perſpic
tum ex illis cauſis, quas ut probent
ludem Mæotidem exſiccandam eſſe,
Pontum converſum iri in palude
quidam afferunt nimirum multitu
nem fluminum exaggerantium, di
rentiam vadorum: ex his enim cau
Pontus mihi potiùs aſſiduo decurſu

flux

turus per Boſporum, quàm aut
otis in terram, aut Pontus in pa-
em convertendus eſſe videtur. Di-
it enim permeantium in alveos flu-
num multitudine cùm humor con-
nter augeatur, nec aliunde exitum
eat, neceſſè fore, excreſcat, ut tan-
n efferri per oſtia cogatur: propte-
que cœni, arenæque, & reliquæ ma-
æ multitudine, quam continenter
umeri amnes defluentes in Mæoti-
n, & Pontum devehunt, adeò al-
s Mæotidis, & Ponti complendos
, ut ſuperfluere humorem, & per
a exire futurum ſit neceſſè, tandem-
Mæotidem in terram, & Pontum
aludem converſum iri. Nam quod
Mæotidem pertinet, Ariſtoteles tra-
ejus vadum exaggeratione eorum,
e aſſiduè deferuntur à fluminibus
reviſſe, ut naves ſua ætate multò
nores, quàm anno antè ſexageſimo
eſtus gratiâ in Mæotidem ingrede-
tur. Mæotis enim, ut Polybius ait,
n repleta eſt, & altiſſima ejus pars
nque, vel ad ſummum ſeptem ulnis
or non eſt. Miror intra ſexageſi-
m annum majorem exaggeratio-
m factam eſſe, quàm abhinc ætate
ſtotelis, & Polybii. Nam nautæ no-
æ ætatis teſtantur ſimiliter adhuc ha-
bere

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

bere ſeptem ulnas. Quid quòd ratio
qua demonſtrare conantur Pontum
accumulatis fluviorum coacervati
bus replendum eſſe, eàdem pro
poſſemus mare internum ex Ponti
petuo influxu exaggerandum eſſe. N
quòd dicunt vadum Ponti minùs a
quàm maris Ægæi, idcirco tardiùs I
tum exiſtimo paludem fore, quà
magna altitudine eſſet. Nam ut flu
num lubrici congeſtus aſſidui Po
cum vadum ſublimius reddiderint
Pontus in ſublime elatus declivio
labitur in Ægæum; & quantò hinc
que illinc fit preſſior, atque anguſ
tantò celerior in Boſporum dev
tur. Quòd ſi in minorem altitudin
Ægæum mare deprimeretur, q
Pontus, eò putarem Pontum exa
ratiorem fore, repulſante Ægæi v
eminentiori. Adde, quòd anteq
Ponti os apertum eſſet, faciliùs e
gerari debuit Pontus, cùm undique
cumcluſus eſſet montibus, at tun
finitis ſeculis exaggeratus non eſt
minùs exaggerabitur, cùm habet
tum, per quem continenter tan
poſſit efferri, quantum infertur;
vadum magis allevaretur, tamen p
non fieret. ut enim illud extoller
ita Pontus aſſurgeret, præſertim infi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

uminibus auctus,& eminẽtibus mon-
bus clauſus. At maris natura eſt, ut ſua
ſpirabili rejiciat ea, quæ ingerantur.
ſeque eadem maris ratio eſt, quæ flu-
inum, quantum pertinet ad exagge-
tionem. Illa enim in oſtiis ſuam vim
ſtendunt, ſed ſuos aggeres paulo ultra
ſtia promovent, vel ſua imbecillitate,
el repellente vi Ponti. Ac tantum ab-
t, ut oſtiorum exaggerati congeſtus
onti vada efferant, ut Pontum, ſi for-
aſſe paulo anguſtiorem reddere poſ-
int, eò violentiorem facere debeant
d transmittendam fluminum mate-
iam rejectam, atque vehementiorem
d vada excavanda in majorem altitu-
inem. Cur tot lacus immenſa pro-
anditate, undique influentibus, nullis
nanifeſtò effluentibus, paludes non ef-
ciuntur? Cur Sinus Boſpori, nuncu-
atus Cornu, tanta altitudine eſt? in
uem cùm duo flumina devehant aſſi-
uam terræ aggerationem, & purga-
nenta Conſtantinopolis utrimque
rojiciantur, non tot annis aggeratur:
ræſertim rapido curſu Boſpori fluxum
inus retardante & impediente: quia
anta eſt Boſpori rapiditas, ut ſenſim
a extrudat in Propontidem. Quare
t ex his rationibus Pontus obruendus
ſſe non videtur: ita Pontus majori

impetu effluere videtur per Boſporu
Quò enim magis Ponticum [ ma
attolletur, eò faciliùs deferetur, qu
ſi id in altam profunditatem depri
retur, quàm ſi abyſſos haberet, per q
penetrans in tartarum Platonicum
cum aquæ partem deportaret, quas
ut Oceanus (unde recedunt & ac
dunt omnia flumina) haberet, p
fectò minùs efflueret in Boſporum.
eo etiam colligitur Boſporum exiſt
ex Ponti acceſſu, & non Ægæi ma
quòd illius aqua dulcis ſit, ut Po
longè dulcioris mari Ægæo ob copi
fluminum Pontum ſubeuntium. D
cem Pontum Arrianus probat ex
quòd pecora circumvicina ejus aqu
bibant: ipſe Boſporum etiam perci
ſimiliter dulcem eſſe, quòd totus
quando conglaciaverit tempore C
pronymi tyranni. Anno enim à Ch
ſto concepto ſeptingenteſimo, & qu
quageſimo ſexto, hyems fuit perfrig
acerrimaque, & gelu maximum,
Ponti Euxini ora maritima in latitu
nem centum milliarium glacies rig
in lapidis duritiem converſa ſit: g
ciesque à ſummo mari ad profund
craſſa extiterit triginta cubita. Præ
hæc cùm ejuſmodi glacies fuiſſet n
tecta, crevit viginti alia cubita ita n

e, ut continenti aſſimilaretur, & pedi-
us calcaretur hominum, cæterorumq;
nimalium manſuetorum & agreſtium
Zicchia ad Danubium, & reliqua ora
naritima uſque ad Meſembriam; ut
oſporum Thracium ultro citroque
ranſirent jumenta onuſta, & boves
lauſtra onuſta trahentes. Deinde Fe-
ruario menſe glacies in plurimas ſe-
tiones, collibus & inſulis multorum
ugerum ſimiles, & pares diſrupta, &
entorum vi Byzantium per Boſpo-
um acta in Propontidem, & in Helle-
pontum, in quibus eſſent animalia
nanſueta & agreſtia viva, & mortua
elu conſtricta. Ex his glaciei ſectioni-
us quædam in Acropolim Byzantii
mpacta, contrivit gradus, quibus è
nari in Vrbem aſcendebatur: alia gla-
iei ſectio ingentis molis ad murum al-
iſa, illum magno impulſu concuſſit;
t non modò muri, ſed etiam domus
vicinæ labefactarentur: atque alia per-
grandis glaciei moles, à Manganis ad
Boſporium portum, hoc eſt primum
collem, olim Byzantium, nunc Regis
clauſtrum cinxit: cujus altitudo mu-
ros ſuperabat. Equidem ipſe unam, &
alteram hyemem Byzantii frigidam
ſenſi; ſemelque & iterum vidi Boſpori
Sinum, nominatum Cornu, ab oſtiis

 flumi-

fluminum ad Galatam conglaciaſſe
non quidem glacie, quæ ſuſtineret h
mines, ſed tamen tanta, ut ſcaphæ u
tro citroque commeare non poſſen
niſi remis antè glacies frangeretur. S
hæc hactenus generatim de Boſpor
Nunc per partes ſingula ejus loca ta
antiqua, quàm nova proferam, tu
promontoriorum, & vallium ſitus,
fluviorum ortus, & perennitates,
portuum commoditates, & ſinuum f
licitatem: è quibus primum tractabo
num Cornu appellatum, Boſpori n
biliſſimam partem.

## CAP. V.

*De Boſpori ſinu, Cornu nuncupato.*

CVm ex Ponto Boſporus ad Byza
tii acceſſit promontorium Boſp
rium appellatum, hujus promonto
roſtro in duas partes ſcinditur: quaru
major & violentior inter Chalced
nem & Byzantium per Fretum perg
ire ad meridiem; altera debilior curſu
ſuum inflectit ad occaſum, in ſinun
quem efficit Boſporus intercedente
inter Conſtantinopolim & Galatan
hunc ſinum Procopius ſcribit indig
nas appellare Cornu, à Ceroëſſa mat
Byzantis, qui Byzantium condid
Dionyſius Byzantius ſimiliter Cor
nunc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

uncupat; & rationem hujus nominis
ffert à ſimilitudine, quam habet, cum
ornu. Strabo appellat Cornu Byzan-
acum: & declarat, cui cornu ſimilis
t, nempe cervino: nam in multos ſi-
us perinde, quaſi in ramos quoſdam
iffunditur. Plinius, ejuſque ſimiolus
olinus, promontorium, in quo ſitum
ſt Byzantium, vocant modò Chryſo-
eras, modò Auri cornu: Marcianus
apella Ceras Chryſeon. Arbitror Ca-
ellam, & Solinum ſecutos Pliniani
odicis erratum, aut Plinium ipſum
rrare, id quod vel ex Plinii verbis per-
ipi poteſt, cùm ait, ex ea cauſa Byzan-
ii promontorium Auri cornu appella-
um eſſe, quod Thunni aſpectu ſaxi al-
i in littore Aſiæ ſiti repente territi
emper præcipiti agmine promonto-
ium Chryſoceras petant, cùm ea de
auſa potiùs ſinus appellandus ſit Auri
ornu, præſertim civibus Byzantinis ita
inum ſuum appellantibus, è quorum
umero eſt Dionyſius Byzantius, cui
otiùs, quàm Plinio fidem adhibere
lebemus; & Straboni, quos vidiſſe
onſtat Ceras Byzantiacum. At Pli-
ium fortaſſe decipere potuit ambigui-
as Polybii, ſcribentis Boſpori fluxum
epulſum à loco Aſiæ nominato Bove,
erri Byzantium: à quo, inquit, ſciſſi

Boſpori parva pars in Sinum ſuum d
lata definit Cornu nominatum, maj
verò fertur per meatum. Aut ſi Plini
deceptus non eſt ex eo, quòd fortaſ
Polybius ſit in eadem ſententia, pot
rimus utrumque appellare Cornu
cùm permulta promontoria à Ge
graphis cornua appellentur, ut Cypr
Ceraſtis, à multitudine promontori
rum: præſertim cùm Byzantii promo
torium multos Colles habeat, quib
curvata in tria cornua Conſtantinop
lis tricornis rectiùs, quàm triangula a
pellari poſſit. Sed illi ferendi non ſun
qui tabulis etiam iterum & ſæpiùs e
tis tradunt Cornu Byzantium eſſe pr
montorium Galatæ, ſitum contra Co
ſtantinopolim. Sinus initium faciu
duo promontoria: unum à Meridie a
pellatum Boſporium, alterum à Septe
trionibus Metopum olim dictum. Tr
enim promontoria triangulum ef
cientia inter ſe, diſtantia plus minuſ
milliare, ſupra Boſporum eminent. D
quidem ab Europa in fauces ſinus i
pendent, ſcilicet Boſporium & Met
picum, tertium ab Aſia Damalicum a
pellatum: à quo Boſporus tendens
occaſum flectitur ad Meridiem. Ex qu
bus cognoſcitur Procopius errare, t
dens à Sycis nuncupatis fretum Cor
non

ominatum incipere. Oſtia Cydari, & ...rbiſæ fluminum ſinui Cornu finem ...nſtituunt: cujus longitudo ab ortu ...ſtivo procedit circiter octo ſtadia ad ...caſum hyemalem, deinde ad occa...m æſtivum; inde flectitur ad Septen...iones, quem jure Ceras Chryſeon ap...llavit antiquitas: cùm & piſcoſus, & ...rtuoſus maximè ſit, uno ore multos ...tra ſe portus amplectens, univerſos ...que ad marginem littoris profundos ...ontibus circumdatos, efficientibus ...cto flexus; quatuor quidem à latere ...xtro ingredientium, in quo eſt Gala... Primum flexum in longitudinem ...rciter bis mille paſſuum, collis Meto...cus, & Galatinus leviter incurvant, ut ...uſquam hic flexus latior ſit centum ...aſſibus. Secundus flexus fit à colle Ga...tino, ita eminenti in Sinum Cerati...um, ut ille ex tribus partibus eò allua...ur, colliſque Galatini latus vergens ad ...ccaſum hunc flexum efficiat longè in...ìs recedentem, ut ſi ab intimo flexu ...ctam lineam duceres ad collem Me...opicum, eminentem ſupra oſtium Si...us, intra lineam includeres totum op...idum Galatam, & maximam partem ...dificiorum ſuburbanorum, partim ...minentium ſupra Galatam, partim in ...ollis jugo ſitorum. Hujus flexus maxi-

mè portuoſi receſſus longior , quà
Navale longiſſimum triremium reg
rum , in circuitu ejuſdem explicatu
altero tanto latiorem reddit Sinum C
ratinum , quàm patet inter Conſtan
nopolim, & Galatam. Terminatur m
crone vireti Regii , inchoante tertiu
flexum minùs curvum , ſed eadem f
mè circuitus longitudine. Poſt qua
ſinus inflexus ad ſeptentriones , quar
flexu mediocri accepto , finitur oſt
Cydari , & Barbyſæ. Iam verò ſi
ſtrum Sinus latus, in quod eminent
colles Conſtantinopoleos , ſimilit
quatuor flexus admittit Vrbis. Prim
collis adeò eminet in Sinus oſtium ,
totus ultra alios colles in altum proj
ctus ſit , & tanquam de induſtria in
miſſum brachium protegat Sinum
ventis. Secundus, & tertius colles int
riùs recedunt ad Meridiem verſus. R
liqui ſic eminent in ſeptentriones ,
duos receſſus duorum arcuum ſimilit
dinem gerentes accipiant. Quorum pr
mum exprimunt radices primi, & qui
ti collium eminentes : alterum quin
& ſexti in Sinum projectæ. Hos du
receſſus tertius maximus flexus intra
includit. Adeò enim extra cæteros
niſtri lateris colles eminet primus co
lis, efficiens angulum Vrbis ab ortu S
li

, & ſextus inflectens alterum Vrbis
gulum ab occaſo,ut ſi lineam ab ho-
m alterutro mucrone duceres ad al-
um mucronem , intra lineam inclu-
res Sinum Ceratinum,& Galatæ pla-
tiem maritimam. Id quod divino
unere tributum, tuetur Sinum,atque
fendit à ventis. Quartum receſſum
tra urbem recipit ſiniſtrum latus,ubi
nus ipſe,& colles circumſurgentes in-
ctuntur ad Septentrionem , magno
turæ beneficio , ne ab occaſu venti
currere directi poſſint in longitudi-
em Sinus. Vnde fit , ut ex omnibus
rtibus (excipio fauces ) circumdatus
llibus perpetuo dorſo conjunctis;
os inter etſi intercedunt crebræ val-
s, tamen dorſum non penetrant , &
reves ſunt. Aut ſi una aut altera ob-
nga eſt,in valliculas deſinit flexuoſas,
ter quas interjectus aliquis collis in
rum fauces eminet. Strabonis longi-
do, quam ſexaginta ſtadiorum attri-
uit Sinui Ceratino, congruit fere cum
ea dimenſione : Procopii longè diſ-
ntit à rei veritate,tradentis Sinus am-
itum continere quadraginta ſtadia:
ngiùs verò aberrat Laonicus Chal-
ondylus, ſcribens Byzantii portum ſe-
undum urbem intùs procedere ad ſta-
ia octoginta. Sinus altitudo varia.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

Nam ab oſtio ad medium Sinum
quam minor dicitur viginti paſſi
ubi multis locis excedit triginta, ali
quadraginta, aut amplius. Cùm au
ultra Byzantium proceſſit, uſqu
oſtia fluminum, partim vadoſus
partim paluſtris; ut navicularum cu
dirigatur palis fixis, ſignantibus
tem navigabilem. Primò enim ſy
deinde paludes, & permulti Euripi
cumdantes pluſquam triginta Inſ
las. Illius ſimiliter latitudo varia e
faucibus plus minus ſex ſtadiis pa
deinde paulatim ſtringitur, uſque
mediam Galatam, ubi in ſtadia pa
plus tria coarctatur: quæ arctiori ca
na claudi poſſint, quàm latior ejus
veus inter Acropolim & Galatam ſit
contra hoſtium naves olim conſtri
cathenis ſolitus. Neque modò torm
tis bellicis ſaxa emittentibus ex utro
littore, ſed etiam machinis ignem
quidum profundentibus, hoſtiles na
ab his aditu arceri, atque etiam ex
igne ſpeculari poſſe, demonſtravit P
clus, quem dicunt ſpecula ignifera, q
ipſe fabricatus eſſet, ex muro Conſt
tinopolis appendiſſe contra naves h
ſtiles, quæ his ſpeculis ignem ex ſol
bus radiis conceptum in ſe ipſas pro
ctam conflagrârunt, atque vecto

Qu

ıod olim Dion Archimedem excogi-
ſe narrat, obſidentibus Syracuſas
omanis. Denique Sinus ubi latiſſi-
us eſt, ſex ſtadia non excedit. Nec du-
ım eſt, quin olim latior eſſet, pluresſ-
e receſſus haberet, quàm nunc ha-
t, coarctatus emiſſitiis purgamentis
iduis, & ſubſtructionibus ædificio-
m: ne quis miretur, ſi minus cornu
rvino ſimilis ſit, minuſque in multos
ıus perinde, ut in ramos quoſdam, ut
rabo ait, ſcindatur, in quos irruentes
lamides capiantur. Nam cùm ex ſub-
is, quas crebras vidi, immitti & defi-
in littore ſinus in ſubſtructionem
dificiorum, atque ad oram maris ef-
iendam magis portuoſam, tum ex
ionyſio Byzantio percipio, alios re-
ſſus, aliamque oram olim fuiſſe,
ıàm nunc eſt: tum ex Zoſimo, qui an-
: mille annos ſcripſit, uſque adeò ur-
em excreviſſe hominum multitudine,
t etiam in foris anguſtè habitarent, ut
on parva pars maris circum urbem in
rram converſa eſſet, palis in circuitu
efixis ædificia ſuſtinentibus. Verùm
t ex his Sinus alicubi coarctatus fue-
it, profectò non minus profundus fa-
tus eſt, atque adeò magis portuoſus,
t navis appulſæ puppis mare intuea-
ur, prora verò terræ aſſideat: velut
utro-

utroque elemento inter ſe certa
utrum magis poſſit Vrbi inſervire.
Sinus omnes portus maris comm
tate applicandi præſtat: in cæter
nim omnes portus vi remorum
ventorum applicatio fit: in illam
ventis, ſine remis, naturalis & pere
Boſpori curſus naves inducit, & r
cit. Poſtquam enim naves ad h
oſtium aditumque acceſſerunt, de
abſque gubernatione eunt, & ſua ſp
te ad portum appelluntur: totus e
Sinus portus eſt. Et hæc quidem ab
tio Boſpori ad finem deorſum ve
generatim dixi, nunc oram maritim
per partes deſcribam, à fine littoris
ropei ſurſum verſus ad initium, q
eſt ad Cyaneas. Inde deorſum Cha
donem uſque; imitatus Anaplum I
nyſii, quem potiſſimum ſequor, 
nippique & Arriani, aliorumque P
plos in declarandis nominibus lo
rum antiquis, quæ cùm reſpublica
zantiorum floreret, in uſu erant, a
Severi ruinas.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

# LIBER SECVNDVS.

## CAPVT I.

*Boſpori ora Europea, ejusque locis in-*
*ra Conſtantinopolim ſitis.*

BOSPORI latus Europeum in angulo deſinit, quo Vrbis latus Orienti expoſitum flectitur ad occaſum, & Propontis incipit efficere us urbis Meridianum. Simul & ab dem flexu urbis latus ad ortum Solis ctans incipit procedere ab occaſu mè brumali ad ortum ſolſtitialem longitudinem plus minus miliarii ue ad tigna in ſpeculam ſublata pi- torum regiorum. Deinde amplius atuor ſtadiis pergit à Meridie ad ptentrionem ad promontorii Boſpo- roſtrum uſque, quo Boſporus ſcindi- r in duas partes: quarum major cin- Vrbis latus vergens ad Orientem, eſt Vrbis frontem, & primam penin- ani Promontorii partem: in qua o- ı fuerunt illuſtria loca nuncupata angana, & Arcadianæ Thermæ, & imæ regionis pars; quæ continebat mum Placidiæ Auguſtæ, domum obiliſſimæ Marinæ, porticus perpe- as duas, gradus quatuor. In hac etiam

Vrbis

Vrbis fronte fuit pars Secundæ R
nis: quæ ab initio Theatri minoris
æqualitatem latenter molli ſubl
clivo, mox ad mare præcipitiis abr
deſcendebat. Cõtinebat in ſe tem
magnum, & antiquum, ſenatum
bunal, thermas Zeuſippi, porticu
gnas quatuor; nunc continet cl
regii partem ſitam in lateri primi
collis pertinente ad Solis ortum; c
quidem collem circuit ultima pars
pori, propriè à Dionyſio Byzanti
pellata Promontorium Boſporium
quo ſitum fuit antiquum Byzant
De Promontorio, inquit, quod B
rium appellamus, pervulgatur ſe
bovem œſtro ſtimulatum ex Prom
torio Boſporio transnataſſe in A
Idem Dionyſius alibi ait, parum
fuiſſe, quin Byzantium conderet
loco nuncupato Semyſtra à nutric
roëſſæ matris Byzantis, niſi corvu
puiſſet ex media flamma partem
mæ, eamque in promontorium B
rium tuliſſet: quod ſignum ſecut
loniæ Megaricę deductores, Byzan
condiderunt in Promontorio B
rio. Idem alio loco, dum loquitu
Metopo, loco ita appellato: Oſ
dem, inquit, locum excipit Met
appellatum, ex eo quòd Vrbis aſp

icitur. Nam intuetur ipſum Promontorium Boſporium, quod Nicephorus hiſtoricus appellat Promontorium aquilonare. Proſpiciebatur, init, claſſis Latinorum jam præternavans Byzantii aquilonare Promontorium, ubi duæ turres conſtructæ exiſtunt ex lapidibus albis, & expolitis, i etiam Demetrii martyris conſtitutum eſt templum. Videbatur autem tinis laborioſus flexus, ob maris vertices, & velut labyrinthos quoſdam, i illic ſemper fieri ſolent ad ſimilitudinem Scyllæ, & Carybdis, quas Græci cantant in Freto Siculo eſſe. In hoc omontorio Dionyſius ponit aram inervæ Ecbaſiæ, ex eo nominatæ, òd huc egreſſi primùm coloniæ dectores ſtatim tanquam pro patria rra pugnaſſent. Similiter Cyzici fuit a Apollinis Ecbaſii: Argonautæ (init Apollonius) cùm navem extra bem appuliſſent, Cyziceni illos interius navem appellere ſuaſerunt in porm urbis; ubi Ecbaſio Apollini in litre aram excitârunt, ex eo, quòd nas Argo in Dolioniam egreſſa fuiſſet. eilochus templum eſſe dicit, non Ecſii Apollinis, ſed Iaſonii Apollinis. ocrates dicit id templum appellari yziceni Apollinis. Quam Dionyſius appel-

appellat Ecbaſion Minervam, poſſet[...]
etiam appellare Ecbateriam, ut Sy[...]
Dianam appellarunt.

## CAP. II.

*De ora Sinus Ceratini cingente [...] latus vergens ad Septentriones, [...] ejus antiquis locis.*

MOenia Vrbis à Propontide u[...] ad mucronem Promontorii [...] porii alluuntur extremis faucibus [...] pori, nullo ſpatio à mœnibus & [...] intermiſſo, niſi paulo antequam [...] veniatur ad Boſporium mucronem [...] centorum paſſuum in longitudin[...] ubi navale exiguum regiorum len[...] rum, quibus enavigare Rex ſole[...] agros ſuburbanos, & machinæ bel[...] Inde à mucrone Promontorii Bo[...] rii, unde incipit ora Sinus Cer[...] claudens latus Vrbis converſum a[...] quilonem uſque ad finem Vrbis, [...] nia non attingunt mare: ſed ſpat[...] relinquunt. Quod quale ſit, & q[...] tum, quibuſve rebus occupetur, di[...] per partes. Id ſpatii, quod eſt in [...] mo mucrone, patet in latitudinem [...] cubi circiter viginti paſſuum, ſed l[...] rem mediam, nempe circiter octog[...] paſſuum, ubi eſt porticus tecta pl[...] bo, ſuſtentata duodenis columnis [...]

oris ophitici, laqueata lacuſculis au-
tis, & Perſica arte pictis, exiguo vire-
cincta præ ſe habet Boſporum: à
go portam ferream, qua patet adi-
s in Clauſtrum Regium. Hæc aperta
vigantibus retegit viam decumanam
gii horti molliter aſſurgentem ad
gis palatium. Ab hac porticu uſque
urbis portam Oriam appellatam,
a intermiſſà inter murum Regios
rtos claudentem, & littus magnis
xis præmunitum incluſa tenetur à
ge, conſita malis punicis, cæterisque
antis: in qua media eſt mediocris re-
flus maris opere abductus in tectam
tionem navigiorum, quibus cultores
giorum hortorum utuntur ad ve-
nda Regi neceſſaria. Iuxtà eſt do-
us amœna, præ ſe habens mare, à
rgo portam, qua patet aditus in Re-
os Hortos. In hanc domum ſecedere
litus Regiis Hortis Præfectus, nego-
tur cum urbis incolis. Hæc ora priuſ-
tam eſſet converſa in Clauſtra Regia,
ntinebat domos piſcatorum, & fo-
m piſcarium; cùm verò Byzantio-
m reſpublica floreret, duos portus
tra murum cathenis clauſos habuit,
orum brachia ſuſtinebant turres val-
eminentes: fuit etiam portus Pho-
horius ab Stephano commemoratus.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

Fuit Neorium, fuit ſcala Timaſi, ut
tractatione Vrbis pleniùs monſtra
tur. Pro porta quam vulgo voca
Oriam corruptè, quaſi olim Neo
portam, ſpatium jacet vacuum ad ex
nerandas naves accommodatum : p
tet ducentos quadraginta paſſus in lo
gitudinem; in latitudinem verò an
portam centum paſſus : paulò ul
portam in quinquaginta ſtringitu
unde trajectus eſt ad Chryſopolim,
Chalcedonem, ubi etiam oræ mar
mæ præfectus tribunal habet, ubi ite
domus portorii Turcici, ut in cont
rio littore Galatino eſt altera dom
conſtituta ad exigendum portoriu
Francorum. Poſt hoc intervallum
Forum piſcarium, ex quo magnus t
jectus patet ad Galatam, quem anti
appellabant trajectum Sycenum. A t
go eſt Vrbis Porta Piſcaria nuncupa
qua aſcenditur ad Magnum Forum
quod Turci nominant *Bezeſten*.
Porta Piſcaria ora maris frequens ſi
urbanis, in longitudinem quadringe
torum quinquaginta paſſuum con
nuatur ad Portam Fructuariam, qua
Turci appellant *Gemicapi*, ubi om
genus fructuum tam recentium, quà
conditorum, & frugum eſculentaru
venalium, mercatus habetur : un



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

agnus trajectus exiſtit ad Galatam. Porta Fructuaria, ad Portam Lignanm (ab acervis lignorum venalium nſtructis in ampla area ante portam plicata appellatam,) intercedunt dunti paſſus juxta littus, pleni ædificiis, variis tabernis, aliis obſoniorum, ctuum, aliis aliarum rerum. Inter lificia & murum Vrbis excurrit via ta ſilicibus ſtrata; & juxta muri credines conſtituta ſunt aquæ caſtella, orum alia perenni fiſtula aquam larantur; alia operculis ad tempus reſentur. A Porta Lignaria in longitunem trecentorum paſſuum invenio mos perpetuas, exceptis viis interrrentibus, alias ubi ligna materiaria nduntur, alias ubi capſæ fiunt. Dede ſuccedit ſpatium trecentorum paſum ab ædificiis vacuum, ſolam viam icibus ſtratam, & *Eſcharidas* à Græ dictas, in quas ſubducuntur navia, & palos defixos, ad quos illa allintur, continens; aquaſque ſalientes tra muros ex aquæductibus urbis clas & liquidas, partim potabiles, parn reſilientes in Euripos marmoreos, l pannos lavandos: deinde brevi ſpa-o exædificato ſuccedit Porta Farina-, à Turcis vocata *Vncapi*. Ante Porm eſt area lata, ubi frumenta & fa-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

rinæ venduntur. Eſt etiam ædificiu
magnum, plenum ſaccis farinæ qu
dratis, laneis. Iuxtà ſtant frumenta
naves permultæ, & ſcaphæ plurim
trajicientes in ulteriora ſuburbana.
item ædes Mametana plumbo tec
cum turri excelſa, unde exclamare p
ces preſbyter, & evocare ſolet inco
viculi ſuburbani ſiti ante hanc Porta
ex qua ingreſſus patet in viam aſſ
gentem per mediam vallem, tertio
quarto urbis collibus clauſam. H
quidem etſi pervulgata, tamen neg
genda non cenſui, ut faciliùs perven
tur in notionem antiquorum locoru
quæ à promontorio Boſporio ad Po
tam Farinariam ponit Dionyſius B
zantius. Supra etiam, inquit, Promo
torium Boſporium templum eſt N
ptuni antiquum, apud quod fuit lap
in mare eminens, quem Byzantinis i
locum ornatiorẽ ſupra Stadium tran
ferre conantibus non permiſit ſe tran
ferri, ſive amans locum mari vicinu
ſive oſtendens parvi momenti eſſe pi
tati divitias. Sub templo Neptuni i
tra Vrbis murum, in locis in planitie
explicatis erant ſtadia & gymnaſia. A
ex maris parte erat navigatio in Sinu
Ceras leniter fluens, primam Promo
torii Boſporii converſionem, circum
flexi

ctionem , quæ excipiebat tres portus,
orum medius ſatis profundus à cæ-
ris ventis tegebatur , ab Africo tutus
nnino non erat : deinde turris bene
gna rotunda continenti jungebat
bis mœnia. Primus poſt mœnia cam-
s erat peninſulæ cervicis ſenſim de-
ndentis ad littus , & ne Vrbs eſſet
ula prohibentis. Pòſt erat templum
lluris ſuper mare , cujus quidem fa-
gium tecto carens ſignificabat anti-
am terræ libertatem. Ejus parietes,
ibus claudebatur , erant facti ex lapi-
expolito. Paulò ſupra Telluris ædem
ant templa Cereris, & Proſerpinæ pa-
, in quibus picturæ multæ priſcæ fe-
itatis inſignes reliquiæ , & ſtatuæ ex-
tæ artis , nihilo ſumma arte elabora-
inferiores erant. Item in abſceſſu
aris duæ ædes Plutonis & Iunonis,
arum ſolum nomen extat. Illud e-
m Perſæ exuſſerunt in expeditione
ri contra Scythas , ea ulciſcentes,
æ Byzantina civitas commiſiſſe con-
a Regem accuſabatur. Plutonis tem-
um Philippus Macedo inopia mate-
æ demolitus eſt ; locorum verò no-
ina remanſerunt. Hic enim Plutonis
ra, ille Iunonia acra dicitur, ubi quot-
anis victimam primo anni die mactat
ens Megarica. Hæc quidem Diony-

ſius : qui cùm ait Iunonis & Pluton
ædes fuiſſe κατὰ ἀπόβασιν τῆς θαλάσση
videri poteſt acram ſignificare ora
maris, potiusque Promontorium, quò
nullum ſit in hac oræ parte, niſi Di
nyſii temporibus mare attingeret rad
ces ſecundi collis. At nunc ab huju
radicibus, ſimulque à mari intermiſ
eſt planities. Ac ſi ætate Dionyſii no
attingeret mare radices ſecundi colli
poſſumus interpretari κατὰ ἀπόβα(
θαλάσσης, *ad receſſum abſcedentem*
*mari*. Nam Iunonia acra mihi fuiſſe i
clivis potiùs ſecundi collis, quàm i
ora maris, ſub ipſum ſubjecta videt
ex Coloniæ Byzantinæ deductorib
partim Megarenſibus, partim Cori
thiis, qui magna religione coleba
Iunonem acræam appellatam ex e
quòd ſtatuta eſſet in acropoli Corinth
Fuit etiam non longè à Corintho alt
ra Iuno acræa in Promontorio ſita
cujus meminit T. Livius. Promont
rium, inquit, eſt adverſus Sicyonem Iu
nonis, quam acream vocant, in altu
excurrens. Poſt acram Plutonis & Iu
nonis Dionyſius ponit Scyronias pe
tras nuncupatas à Corinthiis particip
bus coloniæ deductæ Byzantium, q
his petris nomen impoſuerunt à ſimi
litu

-dine loci difficilis, qualem habebant
-træ Scyroniæ, ſitæ inter Megaram &
-mum Corinthiacum. Ex his Dio-
-ſii verbis has petras, etſi nunc non
-antes, olim exciſas ad molliendos
-is clivos, tamen extitiſſe ad imas
-lis tertii radices oſtendam in deſcri-
-one Vrbis. Nunc redeo ad con-
-uandum ſpatium inter Sinum &
-enia ſitum, quod reliqueram ad por-
-n Vncapam, ultra quam in longi-
-dinem quadringentorum paſſuum
-n Sinus procedit, occupata aut æ-
-iciis, aut acervis coctorum late-
-m venalium, partim integrorum,
-rtim in pulverem contritorum ad
-tacea & Signina opera conficien-
-: inde domus piſcatorum uſque ad
-rtam Blacherneam tenent oram
-us patentem in longitudinem ter
-ille, & quadringentorum ſexaginta
-ſſuum, quorum primi octingenti fi-
-untur porta *Iubalica* nuncupata,
-ntra quam eſt medius flexus navalis
-gii, ſiti in contrario littore. A porta
-balica ad portam vulgò appellatam
-giam, à vicina æde divæ Theodoſiæ,
-ecenti ſexaginta paſſus: ab Agia por-
- ad ſecundam portam Phanarii, ſex-
-nti paſſus. Phanarium eſt pars Vrbis
-æ maritimæ, quam murus Vrbis clau-

dens duas portas habet, in quas en
nens clivi quinti collis, quibus finit
flexus ſinus primus, inchoatus à P
montorio Boſporio;& incipit ſecund
flexus, finitus radicibus ſexti col
Quicquid eſt muri inter portas Phan
rias, caret turribus: ſed eſt duplex m
rus, alter in littore, alter in clivo co
quinti: uterque cingit locum nomin
tum Phanarium. A porta Phanarii, c
jus è regione eſt finis navalis regii, pr
ceſſi octingentos paſſus, uſque ad po
tam appellatam [*Balat* vel] Palatina
contra quam in ulteriore littore eſt
nis vireti regii,& initium frequentis v
ci, quem Agiam paraſceven Græci v
cant. Vltra portam Palatinam progr
ſus circiter centum viginti paſſus, an
madverti tres magnos arcus aſtruct
urbis muro, & ſubſtructos, per qu
olim Imperatores ſubducebant trir
mes in portum opere factum, nu
exiccatum & converſum in hortos co
cavos, præ ſe gerentes ſpeciem port
obruti. Ab his arcubus diſcedens tr
centos paſſus, offendi ſpatium in cent
num paſſuum longitudinem ab ædi
ciis vacuum; ubi attingit muros ma
vadoſum, ut facile ſit ſuper id ædificar
Poſt octingentis paſſibus confectis, pe
veni ad portam Blachernam, qua
niunt

ntur domus piſcatorum , ex media
te fundatæ in terra , ex altera parte
tructæ ſublicis in mare vadoſum
xis. Inter ſublicas locum relinquunt
tuoſum, quo navigia piſcatoria ſub-
untur in ſtationem ſub domos pi-
orum. Piſces velut in latibula &
ua refugientes , capiuntur retibus
ellatis *hypocis* ſuſpenſis ex tigno.
A valle cingente Fani collem, am mille & ſexcentorum paſſuum maritima proceſſum facit ad valle qua ſumma eſt ædicula Mariæ virg quam vocant Caſtaniotam à ſylv ſtanearum circumvigentium, in qu fons ſacer, perennem etiam ſumm ſtate rivum emittens per vallem a ſtam, & juxta ripas maxima ex p inacceſſam. Hic rivus ille eſt, de Dionyſius, poſtquàm commemor Fanum deæ Phrygiæ, ſic ait: Poſt Chryſorrhoas fluvius per anguſta aditu difficilem vallem à tergo poſi delabitur leni fluxu, arenam auro ſ lem deferens: circa hunc ſecturæ & terræ foſſiones, & cuniculi ac ſcrutandas metallorum venas, a

C

rum virorum opera, ſcrutantium
is terræ facultates. Paulò ultra
um ſunt nuncupata Chalcæa, lo-
vicinus mari fluctuoſo quidem, ſed
n piſcoſo : nominatus eſt ab ære
llo. In ſummo vertice collis, ſe-
lum quem deſcendit Chryſorrhoas,
it Timæa, turris admodum excel-
ircumſpecta, & permulto mari il-
is, ad ſalutem navigantium exci-
. Vtraque enim Ponti pars caret
ubus naves excipientibus. Nam
is inſedati & turbulenti littus lon-
in neutram continentē flexiones
et. Ex hac turre faces ardentes no-
ſublatæ perferebantur, rectæ viæ ad
ti oſtium duces. At Barbari vera-
facium fidem auferebant præten-
tes ex Salmydeſſi littoribus fraudu-
as faces, ut in errorem nautas in-
erent, in naufragiaque ſubduce-
t. Ora enim maritima importuoſa
& maris vadum ob exceſſum aqua-
n ancoris non firmum, & para-
n his, qui aberrarunt à recta via,
fragium, ſignis veris confuſis cum
is ſignificationibus. Iam verò lu-
nam extinxit tempus omnia conſu-
ns, & turrim magna ex parte diſſol-
. Ex his Dionyſii verbis cùm cætera
nti littora aſſequimur, tum maxime
Sal-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

Salmydeſſi eſſe importuoſa; Thra
naufragiorum deprædationibus
me deditos eſſe. Dionyſio con
Xenophon, cùm ait Græcorum ex
tum, cujus ipſe dux eſſet, acceſſiſ
Thraces, qui incolunt Delta regio
ſitam ſupra Byzantium: deind
mydeſſum perveniſſe ad ea litto
mari in brevia, & quaſi æſtuaria
dam impactas naves quamplurim
Pontum venientes frangi, easque
ces prædari, diviſis inter ſe littor
columnarum poſitione per inter
erectarum. Nam antequam id fi
inter eos de præda cædes plurim
bant. Equidem à Boſporo obivi
bus ad Salmydeſſum oram Pont
portuoſam, longè lateque aperta
ptentrionibus ventis: in medio it
vidi locum, quem Xenophon app
Delta; cæteri ſcriptores Delcon,
Delconem; hodie nominant *De*
id oppidum eſt, quod ab urbe Byz
abeſt iter pedeſtre unius diei. Ex t
partibus clauditur lacu dulci, niſi in
tempeſtatibus mare incitatum ex
Euripo intromittit, à quo piſcis De
appellatur ab Athenæo commem
tus: is qualis ſit, in noſtris Piſcat
bus informabitur. Inde rediens ad
neas, vidi navem nigra caligine P

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

ſtrantem ab oſtio Boſpori in littus
ortuoſum, aquilonibus impulſam
di, naufragosque omnes vectores
lumes enatare in littus; Thracesq;
las opem naufragis ferre, à præda-
ſe abſtinere, ſive olim longa Ro-
ii Imperii conſuetudine manſue-
s, ſive nunc coërcitos acerba ſeve-
e dominantium. Ex antedictis jam
et, Pharum antiquam oſtii Pontici
ibi fuiſſe, ubi nunc eſt juxta Cya-
s petras, imo longè interius in ſum-
montis emittentis collem Fani ver-
eminente ſupra vallem, per quam
uit Chryſorrhoas fluvius, unde lon-
lateque patet Pontus, & Boſporus,
ropontis, & Conſtantinopolis. Lo-
enim nullus commodior & tutior
ſe videtur ad Pharum efferendam in
um, quàm hic, omnibus verticibus
ſporanis excelſior, vicinus Fano Eu-
pæo ſub ipſum ſubjecto, unde defen-
poterat contra Barbaros hoſtes Pha-
quam prope Fanum olim fuiſſe Phi-
ſtratus ſignificat, atque adeò oſtendit
preſſa pictura, quam ſub oculos poſt-
ſubjiciemus, cùm ad Fanum Iovis
rveniemus: aut ſi Pharus non extitit
vertice collis eminente ſupra latus
eridianum vallis Chryſorrhoæ, certè
ninuit ſupra latus cingens eandem
val-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

vallem à ſeptentrionibus ; idque ex h
quæ poſtea affert Dionyſius , conject
ra aſſequimur. His, inquit, antè co
memoratis locis proximus ſucce
Phoſphorus locus, qui vel à Diana,
à vicina antiqua Pharo cognomen tr
xit. Huic adjunctum & contine
longum littus, vocatum eſt Epheſ
rum portus, à multis navibus Epheſ
rum huc appulſis.

## CAP. XXI.

*De portu Epheſiorum, & de Aphro
ſio : de portu Lyciorum, & de Myrle
norum domicilio.*

POſt Epheſiorum portum, inquit Di
nyſius, eſt Aphrodiſium, formid
bili tectum præcipitio. Hunc poſt,
portus Lyciorum : is ſubarenoſum li
tus & ſterile habet, in parvo ambi
valde bonus & firmus, tutuſque e
Super hoc eſt Myrlæum, *domiciliu
eorum, qui ob ſeditionem à Myrla
in exilium projecti huc ſolum vert
runt. Cùm ex Dionyſii deſcription
tum ex his nominibus in hunc die
retentis, perſpexi Epheſiorum portu
eſſe, vel eum, quem Græci jam appe
lant Magnum Aphoſiatin, vel eum
quem Parvum nominant Aphoſiati
vel utrumque anguſto promontori
div

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

m. Græci uſque ad hanc diem
ium vel Myrileium appellant, ſi-
quidem parvum, ſed portuoſum,
mum totius Europæi littoris Bo-
i, intrantibus oſtium Ponti. Quo
cto, intelligo portum Epheſiorum
eſſe non poſſe, quàm eum, quem
nuncupant Aphoſiatin. Nam à
ontorio, quod à ſeptentrionibus
it vallem Chryſorrhoæ, uſque ad
m Myrileium, nulli portus ſunt,
phoſiatis magnus, & parvus: hi
modi ſint, jam deſignaturus ſum.
fermè rectum procedens, quod
edit inter vallem Chryſorrhoæ,
montorium dividens magnum
atin à parvo Aphoſiate, pedibus
on potui, propter mare contin-
os montium clivos valde pro-
d quatenus oculis aſſequebar,
dia ſuperare non videbatur.
orium, quod à magno divi-
m Aphoſiatin, inter utrum-
m patet in latitudinem paſ.
iter ducentorum. Totum
iſtit, rupibus paululum ſinuo-
s in mare directis ad perpen-
nore muri, ex ea præſertim
attingit parvum Aphoſiatin
ciſa in ſemicirculum, in co-
turris in tectum faſtigiata.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

Ab hoc promontorio paulo ampli
mille paſſus uſque ad promontoriu
ab Aquilone claudens magnum Aph
ſiatin, littus ſabuloſum procedit
formam arcuatam. In hunc vallicu
etſi deſinunt, à ventis tamen non n
nus tutum ipſum præſtant, quàm c
les: non enim dorſum montis pe
trant, atque etiam commodiorem
ſcenſum in portum præbebant vil
quas olim fuiſſe in ſupercilio valli
apparet ex fundamentis ædificioru
ubi fontes perennes. Promontoriu
quo dixi claudi hunc ſinum ab aqui
nibus, excelſum eſt, undique præce
& præruptum, & quod pedibus ju
littus circuiri nequit, ter tanto pro
ctius in mare, quàm promontori
dividens magnum Aphoſiatin à pa
Aphoſiate. Inter portum magni Ap
ſiatis, & Myrileium ſinum, intercedi
plus minusve mille & quadringe
paſſus, quantum metiri potui, in
dens in dorſo montis per ſemitas
ſtorum, denſis dumetis implica
Nam clivi excelſi à ſupercilio ad lit
præcipitibus rupibus abrupti ſubſide
ut nulla via pateat: à Meridie claudi
promontorio toto ſaxeo, quod ab
teriori parte habet cavernoſas rupes
tè ſonantes, cùm ſunt tempeſtates,


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

ernavigantes ignari putent tor-
torum bellicorum ſonitum eſſe:
nteriori parte ſinum attingente ad-
it cavernas, è quibus una longa eſt
triginta paſſus, utrimque præciſa
erpendiculum, cujus ima depreſſio
undem patet, quantum ſumma la-
In hoc promontorio etiamnum
nt veſtigia quædam antiquorum
iciorum, reliquiæ domicilii Myre-
In Dionyſiano codice legendum
potius *Myrleium*, quàm *Myre-
m*: nuſquam enim reperio Myr-
m, ſed Myrlæam urbem Bithyniæ,
ea appellatam Apameam. Myrlea-
igitur ſinus ab occaſu inſinuatur
allem, per quam deſcendit fluvius
num ortus à vertice collis eminen-
upra vallem Chryſorrhoæ, in quo
antiquam Pharum olim fuiſſe, & à
tibus pergit, à Meridie ad ſepten-
nes in longitudinem circiter qua-
r miliariorum: inde ad Orientem
cedens circiter octo ſtadia ingredi-
ſinum Myrleanum. Omni anni
pore fluit liquidus, & clarus: quo
um eſt, ut ſinus hic ſæpe à diverſis
bitatus fuerit, primùm à Thracibus
neo Regi ſubditis, deinde à Lyciis:
ſtremò à Myrleanis, unde ſinus ap-
latus Lyciorum, deinde Myrleano-

 rum.

rum. Profundus eſt, & magnarum
vium capax, undique ferè tutus
ortu Solis contra ſe habet ſinum v
nominatum Dios ſacra: ejus ſaxa
obſcurè cyanea, uti ſunt totius Boſ
viciniora Ponto. Iam verò ubi ſu
Aphrodiſium, quod ex Dionyſio a
poſui inter portus Epheſiorum &
ciorum, id exiſtimo fuiſſe propiùs p
tum Lyciorum, quàm Epheſiorum
enim Epheſii Dianam colentes ve
mile eſt Dianam Phoſphoron poſu
prope portum Boſporanum, Ephe
rum dictum; ita Lycios exiſtimo
tuiſſe prope portum ſui nominis
tuam Veneris, quam cultu eximio p
ſequebantur, ut Lyciorum Regin
verſibus decantatam Procli Lycii
loſophi. Prope enim Myrelium for
dabilia præcipitia, quorum ima p
ſubſidet, & ſubducitur, ſumma pro
tur, ut domorum projecta tecta,
bus ſtatua araque Veneris, ut ait D
nyſius, tegebatur. Itaque rectiùs in
pretandum putavi Dionyſium, cùm
Ἐπ' αὐτῷ λιμένι Λυκίων Μυρελ
ἐστι: *Supra hunc portum Lyciorum*
*Myrelium;* quàm ſi interpretati fu
mus: *Poſt hunc portum Lyciorum*
*Myrileium:* nam tum Lyciorum p
tus eſſet magnus Aphoſiatis, & Aph

um fuiſſet in promontorio, quod
rum Aphoſiatin à magno dividit:
i Aphrodiſium non tectum fuiſſet
nidabili præcipitio. Illud enim non
mò ſubducitur, neque à ſummo
icitur, ſed dirigitur ad perpendi-
um.

## CAP. XXII.

*Gypopoli, & de aulis Phinei, & A-
nyci Bebrycis.*

omontorium, quod à ſeptentrio-
ibus claudit ſinum Myrleium, to-
n ſaxeum, & parum latum exiſtit,
quod in paſſuum longitudinem plus
nusve, latitudinem paſſuum non
edat aliam ducentorum, aliam tre-
torum. Ex tribus partibus mari, aut
mine circumdatur, à Meridie qui-
m ſinu Myrlæano, & flumine. Illius
cro non latior ducentis paſſibus cin-
ur Boſpori anguſto canali: at ab A-
ilone jam latioribus primis faucibus
ſpori clauditur. Ab hujus quidem
omontorii mucrone progreſſus pau-
amplius ſexaginta paſſus, vides ejus
tus vergens ad primas Boſpori fauces,
Pontum rupibus excelſis, præruptis
opendere directis à ſummo promon-
rii vertice ad imas radices mare at-
ngentes, quæ receſſus admittunt par-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

vos, refertos ingentibus ſaxis, abrup
ex antiqua ruina deſinentes in ſpel
cas prominentibus rupibus tectas, q
rum una vergens ad Solis ortum i
mnes partes patet vigintiquinque
ſus: eam olim arbitror Thracum a
ſtium latronum domicilium natu
fuiſſe, priuſquàm ædificia incolere
ſuefacti eſſent. Olim majores ſpel
cas fuiſſe oſtendunt crebra ingentia
ſaxa ante ſpeluncas projecta, ab imp
dentibus ruinoſis rupibus abrupta l
ga temporis vetuſtate. Nam vet
Thraces ex latrocinio viventes ex
norum adeò crudeles hoſtes fuer
ut de ſuo in externos odio cognom
dederint Ponto non modò inhoſp
litatis cujuſdam, ſed perpetui odii
exceptione omnem peregrination
præcidentis, ἄξεινον omnes appe
runt, Sophocles ἀπόξενον, Lycoph
κακόξενον, cùm ob ejus navigandi
ficultatem, tum ob ejuſdem acc
Barbaros, qui Boſporum ſic clau
tenuerunt, ut Poëtis materiam de
rint fingendi, petras Cyaneas int
concurriſſe, eaſque ante Iaſonem n
quam apertas fuiſſe. Hoc interpre
poſſumus utrinque latrones Boſpor
totum olim Cyaneas appellatum ac

le

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

es intercepiſſe navigantes in Pon-
ı, commodioremque juxta Boſpo-
ı ſedem habere non potuiſſe ad ob-
ndas Ponti portas, quàm hunc lo-
n ſitum in primis faucibus Boſpori
entem ſpeluncas ſaxeas naturales,
les tempora illa poſtulabant, quæ
i in toto Boſpori littore Europæo
llæ aliæ ſunt, quàm hæ, habentes
ximum fluvium perennem & pota-
em, tantumque, quantus núllus lon-
intervallo reperitur: non Scletri-
us, qui propinquior eſt, non cæteri
nnes littoris Europæi majores de-
unt in Boſporum. Quamobrem mi-
r Dionyſium hunc præteriiſſe, cùm
ios minores, & toto anno minimè
rennes, haudquaquam præterierit.
æ rupes ſuis radicibus ad mare adhæ-
ſcentes eminent ſupra mare in longi-
dinem mille paſſuum præciſæ, dire-
tæ ubique inter ſe continentes, exce-
to exiguo ſinu intermedio, ex quo
ſcenditur in jugum promontorii de-
reſſum inter rupes utrinque eminen-
es multis projectionibus, ſubſidenteſ-
ue multis contractionibus in multos
ertices faſtigiatas, ut caſtella quædam
greſtia præternavigantibus eſſe vi-
deantur, turribus elata, aſpectu horri-
do & planè Barbarico. Non uno lapide



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

illæ conſtare videntur, ſed multitud
lapidum inter ſe compactorum, t
cyaneâ conversâ in ſaxa fragilia, v
ſtate inter ſe cohærentia, cyaneo
dem colore, ſed aliquantùm vario ;
enim obſcuriora, alia dilutiora.
rupes arces Phinei pulchrè deſcr
Dionyſius. Poſt, inquit, Myrileum
Licnias, forſitan nominatus, ſive ex
quòd ad ſimilitudinem cunarum c
cavus ſit, ſive ex eo, quia ſecund
imas ſuas partes undique ſuam pr
ctam eminentiam dilatat. Apud h
locum eſt collis ſaxeus nuncupatus
popolis, cognomen adeptus, ſive
immanitate Thracica & Barbara, a
ſtique: ajunt enim hîc habitaſſe Phi
Regi ſubjectos, crudelitate plurim
eminentes: ſive etiam appellatus
Gypopolis, ex eo, quòd Vultures
quentes apud hunc locum verſari g
deant. Hæc quidem Dionyſius. Po
item appellari Gypapolis per alpha
τῶν γύπων, ἤγουν τῶν σπηλαίων. Num
rò hæc, an alia quædam vicina fu
aula illa, decantata quidem ſcri
multorum antiquorum, ſed recenti
omnium ignoratione obſcurata,
quam Phineus Iaſonem, cæteroſ
Argonautas excepit, ex his quæ qu
mox ſubjungentur, conjicito. Aſcle

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

quidem & Didymus narrant Iaſo-
navigantem ad Colchos, cùm ve-
t ad regionem Bithynorum, exce-
n fuiſſe à Phineo in ſuam aulam.
hæc an fuerit in Aſia,an in Europa,
ia videtur, ex authoribus duplicem
entibus Bithyniam, unam Euro-
m circa Salmydeſſum in Thracia
ſtitutam, alteram Aſiaticam; Phi-
mque omnibus Thracibus, etiam
ticis nuncupatis Bithynis imperaſ-
ec dubium tollunt, ſcribentes Phi-
m habitaſſe circa Salmydeſſum,
nopolimque fuiſſe inter Salmydeſ-
& Cyaneas. Vnde quibuſdam aula
ſe videtur, in qua Phineus excepit
nem, ut mihi etiam videretur, niſi
ra Boſporum ab omnibus Geogra-
s conſtitueretur: niſi fortaſſe Plinio,
eam interdum conſtituere videtur
a Boſporum, cùm ait: Inde fauces
mæ, ubi Phinopolis oppidum fuit.
alio loco ſecum diſſentit,cùm oram
raciam inceptam ab Iſtri oſtiis ad
ſporum perſequens narrat Thyn-
m, Salmydeſſum, Develton, Phino-
lin: Sed à Boſporo Laſthenes: ex quo
idem ordine verborum excludit à
ſporo Phinopolin. Quamobrem
inopolis extra Boſporum ſita non
t aula Phinei, in qua excepit Iaſo-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

nem Phineus. Nam ſi uſq; ad Phin
lim Iaſon navigaſſet, jam prætergr
Cyaneas, non neceſſe habuiſſet p
conſilium à Phineo, qua ratione
neas præteriret. Verùm aulam P
fuiſſe juxta Boſporum inter Cya
interque aulam Amyci Bebrycum
gis, à nemine certius intelligere p
mus, quàm ab Orpheo antiquiſſ
qui unus ex Argonautis fuit, à q
mnes didicerunt, ſi quid veri de
Phinei ſcripſerunt: verùm in qua
Boſpori, intelligere non poſſumus
prius cognoverimus, ubi fuerit au
myci. Vtraſque juxta Boſporum,
in Europa, hanc in Aſia fuiſſe, e
pheo & Apollonio aſſequi potuiſſe
nius & Hermolaus, ſi diligenter u
que perpendiſſet. Sic enim Orpheus
cùm Argonautæ præternavigaſſen
zicum Rhyndacem, veniſſe ad
locum ſitum juxta Propontidem,
tum ſolviſſe:

Ἀλλ᾽ ὅτε πρὸς μεσάτην ἠῶ
ὠκέας ἵππους
Ἠέλιος, κραιπνὸς δ᾽ ἐξ οὔρεος ἔ
οὖρος,
Ἐν δ᾽ ἔπεσ᾽ ὀρφναίαις ὀθόναις, T
δ᾽ ἐγεγώνει

ὸς ἔσω περάαν, θινὸς δ' ἐκ πεί-
σματα λύειν·
δὲ κυβερνητῆρος ἐφημοσύναις
ἐπίθοντο.

o poſt:

ὰρ ἐπ' ἠῶοι λυγρὴν ἐπεράσσα-
μεν αἶαν,
νθ' Ἄμυκος Βεβρύκεσσιν ὑπερ-
φιάλοισιν ἄνασσεν·
σε πανομφαίου Ζηνὸς θέμιν οὐκ
ἀλεγίζων,
θλον ἐπὶ ξείνοισι περικτιόνων ἀν-
θρώπων,
σις ἐπὶ σταθμοὺς, ἦδ' ἀστεμφῆ δό-
μον ἵξῃ,
ήκατο συμμαχίης ὑπερόπλου πει-
ρηθῆναι.
ὸν μὲν ἄρ' ἠΐστωσε βίῃ κρατερὸς Πο-
λυδεύκης,
ύψας ἀπροφάτως κεφαλὴν σκλη-
ροῖσιν ἱμᾶσι.
λαοὺς δ' αὖ Βεβρύκων Μινύαι χαλ-
κῷ κατένηραν,
Ἐνθαῦθ' ἀφορμισθέντες, ὑπ' εἰρεσίῃ τε
καμόντες,

Βιθυ-

Βιθυνῶν τὸ μέγα ἄστυ παλαιὴ
σαμένη ἀκτῇ,
Σπεύδοντες παρὰ χοαῖς, ἠδ' ἐν νιφ
γέσσιν ὕλαις,
Ἕσπεροι αὐλισθέντες ἐφοπλίσσα
θαι δόρπον.
Ἔνθα τότ' αἰνόγαμος Φινεὺς τ
ρήνορι θυμῷ
Δοιοὺς ἐξαλάωσε γόνους, περὶ
πέτραις
Θηρσὶν ἑλὼν προὔθηκε γυναίων
καὶ φίλτρων.

Deinde paulò infrà ait:

Αὐτὰρ ἐπεὶ Φινῆος Ἀγήνορ
λιπόντες
Αὖλιν, ὑπὲρ μέγα λαῖτμα θαλ
σης ἐξικόμεσθα
Ἀγχοῦ Κυανέαις πέτραις, ἅς
ποτε μήτηρ, &c,

Poſteà addit:

Ἀλλ' ὅτε δὴ πορθμοῖο καὶ στόμα,
διὰ πέτρας
Κυανέας ἤμειψε λάλος τρόπις,
τίκ' ἄρ' αἵ γε
Βυσσόθεν ἐρρίζωντο, καὶ ἔμπεδον
ἔμμενον.

O

-ίτω γὰρ μοῖραι τάδ' ἐπεκλώσαντο
βαρεῖαι.
καὶ τότε δὴ προφυγόντες ἀδούκεα
πήματ' ὀλέθρου,
-ρόαιου προχοαῖσι μέλαιν' ἐξικό-
μεθ' ἀκτὴν &c.
-is quidem percipimus, aulam Phi-
-uiſſe inter Cyaneas, interque aulam
-yci, ad quam Pollux vicit Amycum
-em Bebrycum. Sed utrum in Euro-
an in Aſia fuerit urbs illa magna,
-m dicit eſſe Bithynorum ſitam in
littore, Orpheus non declarat: nam
-gatur;
-θα δ' ἀφορμιαθέντες, ὑπ' εἰρεσίῃ
δὲ κάμοντες
-θωιῶν τὸ μέγα ἄστυ παλαίῃ κέλ-
σαμεν ἀκτῇ.
-tur oſtendere illam fuiſſe aulam A-
-ci, ex eo, quòd Apollonius Poëta
-dem Argonauticorum, ſed Orphei
-rpres, aulam Amyci ſcribit fuiſſe in
littore, cùm ait:
--- οἱ δὲ χθονὸς εἰσανέχουσαν
-κτὴν ἐκ κόλποιο μάλ' εὐρεῖαν
-γ' ἐπέδεκτο.
potius mihi legendum videtur in
-pheo, Ἔνθεν ἀφορμιαθέντες: ex eo,
quòd

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

quòd ante Orpheus dixit, tranſiiſ
locum:

Ἔνθ᾽ Ἄμυκος Βεβρύκεσσιν ὑ
φιάλοισιν ἀνάσσεν.

Vbi Pollux Amycum devicit. Se
men etiamnum ex Orpheo dubiu
detur, utrum illa magna urbs fue
Aſia, an Europa, itemque an aula
ci in Europa, an Aſia, an juxta B
rum, an in Propontide. Nam D
ſius ſcriptor orbis, poſt Bithynos,
que oſtium Ponti ponit Bebrycas.
ron narrat Lampſacenorum regi
prius appellatam fuiſſe Bebryciam
de Tzetzes auſus eſt totum Helle
tum appellare Bebrycium, & t
Propontidem Bebryciam, ſed & F
nos accolentes Boſporum appe
fuiſſe Bebrycas, cùm ex Nymphe
cleota colligitur, tradente Bithyn
iam appellatos fuiſſe Mygdones
brycas: quos Strabo dicit antè Bith
Myſiam incoluiſſe, oriundos à B
cibus Thraciæ, tum Bithynos Boſ
nos nuncupatos fuiſſe Bebrycas,
ex aula Amyci Bebrycum Regis,
juxta Boſporum in Aſia ſitam fui
prehendo ex Apollonio Orphei
prete, non minus egregio Argon
corum Poëta, quàm Geographo
qui ut narravit, quemadmodum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

vigarint Cyzicum uſque ad Cion:
inquit, ſolventes:

ῖν δὲ πανημερίην ἄνεμος φέρε,
νυκτί τε πάσῃ
ρος ἐπιπνείων· ἀτὰρ οὐδ' ἐπὶ
τυτθὸν ἄητο
ς τελλομένης, οἱ δὲ χθονὸς εἰσανέ-
χουσαν
τὴν ἐκ κόλποιο μάλ' εὐρεῖαν
γ' ἐσιδέσθαι
κοσάμενοι κώπῃσιν ἅμ' ἠελίῳ
ἐπέκελσαν·
ς δ' οὐ μετὰ δηρὸν ἐελδομένοις ἐ-
φαάνθη·
α δ' ἔσαν σταθμοί τε βοῶν, αὖλις
τ' Ἀμύκοιο,
ρύκων βασιλῆος.

de poſtquam narravit, ut Pollux
t Amycum, ut lauro coronati Ar-
utæ cænaſſent, adjungit:

ος δ' ἠέλιος δροσερὰς ἐπέλαμ-
ψε κολώνας,
περάτων ἀνιὼν, ἤγειρε δὲ μηλο-
βοτῆρας,
τότε λυσάμενοι νεάτης ἐκ πεί-
σματα δάφνης, &c.

Poſt

Poſt addit, ut toto illo die af
tempeſtatibus fuerint, poſtridieque
venerint ad maritimam domum
nei, utque Phineus dixerit Argon

Πέτρας μὲν πάμπρωτον ἀφ
θέντες ἐμεῖο,
Κυανέας ὄψεσθε δύω ἁλὸς ἐν
χῆσι.

Poſtea ſubjungit:

Αὐτίκα Βιθυνῶν ἐπὶ δεξιὰ
ἔχοντες,
Πλώετε ῥηγμῖνας πεφυλαγμένο
σύκεν αὖτε
Ρήβαν ὠκυρόην ποταμὸν σκόπ
κολώνης. [al. ἀκτῆνδε μέλα

Ex his patet aulam Phinei fuiſſe
ropa, juxta Boſporum, vicinam
neis; aulamque Amyci fuiſſe in
nia Aſiatica: ſed an juxta Propon
an juxta Boſporum, conjicere
eo, quòd Orpheus dicit, Argona
eo ſolviſſe circa Meridiem vento
do: ſimiliter Apollonius ait, ex
ventes totum diem, & totam n
ſecundo vento & copioſo vectos
poſtridie manè vento ceſſante
rum vi appuliſſe navem ad eum
ubi eſſet aula Amyci, ubi Pollux
vocatione vicit Amycum. Iam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

eridie ad poſterum diem vento ſe-
indo uſos conficere potuiſſe amplius
ntum miliaria, exiſtimo ex mea na-
gatione, qua intra vigintiquatuor
oras à monte Arganthonio, eminente
pra ſinum Cioticum, perveni ad Bo-
orum, diſtantem à Cio plus centum
iliaria. Ex quibus etiam veriſimile vi-
eri poſſet, aulam Amyci in Boſporo
otiùs quàm in Propontide, ſi nulla eſ-
nt apertiora argumenta ad proban-
um aulam Amyci eſſe juxta Boſpo-
um. At alia permulta certiora ſunt,
uorum nonnulla, cùm alia ex Apol-
onio colligere poſſumus, tum juxta lo-
um, ubi interfectus eſt Amycus, fuiſſe
ιάτην δάφνην, quam non Apollo-
ium poëticè finxiſſe, ſed revera in hoc
oco fuiſſe permagnam, ex Andræta
Tenedio & Apollodoro infrà oſten-
dam: quam poſteri appellarunt Lau-
rum inſanam, ubi Plinius dicit fuiſſe
portum Amyci, quem Arrianus appel-
avit portum Laurus inſanæ. Eumque
tradit quadraginta ſtadia diſtare à Fa-
no Iovis Vrii, octoginta ab Vrbe By-
zantio. Ex his manifeſtum eſt aulam
Amyci fuiſſe in medio Boſporo; aulam-
que Phinei fuiſſe inter medium Boſpo-
rum & Cyaneas. Sed in quo loco nunc
conjiciamus, vero proximum eſt. Cùm



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

Phineus haberet greges boum , &
vium, equorumque,Rexque eſſet T
ciæ, habitaſſe prope flumen. A m
Boſporo in Europa ad Cyaneas pri
eſt Pharmacius fluvius , ſitus co
portum Amyci , in quo non fuiſſe
neum , cùm excepit Iaſonem , Bo
latitudo oſtendit , quæ haud exce
miliare, non tenuiſſet Argonauta
trajectum tantum temporis , quan
Orpheus & Apollonius tradunt
ſumpſiſſe ab aula Amyci ad aulam
nei: deinceps ſequitur Bathycolpus
vius, ubi aula Phinei fuiſſe non vid
ex loci intervallo . Ille enim diſt
portu Amyci circiter tria miliaria;
enim Argonautæ diem unum conſ
pſiſſent in tria miliaria conficie
Reſtat ut Scletrinas aut Myrleanus
buerit domum Phinei : ſed uter ha
rit, ex his, quæ mox afferam, conji
Scletrinas habuiſſe videtur ex his A
lonii verſibus , cùm ex hoſpitio Ph
Argonautæ ſolviſſent, ait:

Ἐκ ἢ τόθεν μακάρεσσι δυώδεκα
μήσαντες
Βῶμον ἁλὸς ῥηγμῖνι πέρην , καὶ
ἱερὰ θέντες,
Νῆα θοὴν εἴσβαινον, ἐρεσσέμεν.

Hoc eſt, *in littore ulteriori aram ere*

*ru*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

*nt*, quod infrà oſtendam eſſe in eo
oco, ubi eſt Fanum Iovis Vrii, cui do-
num Phinei propinquam fuiſſe ante-
icti Apollonii verſus deſignant. Inde
djungit, ut ex eo loco, ubi Fanum eſt,
olventes navigarunt ad Cyaneas pro-
montorium. Fanum eſt magis intra
oſporum, quàm Myrleanus fluvius
uobus miliaribus. Itaque ſi aula Phi-
ei fuit ad Myrleanum, oportuit Argo-
autas retrocedere duo miliaria. Sed id
erri poteſt, nam vatis Phinei vaticinio
lud templum excitarunt duodecim
iis: veriſimiliuſque videtur aulam Phi-
nei fuiſſe prope Myrleanum fluvium,
bi fuit Gypopolis, quàm prope Scletri-
am, ex Orpheo, cùm ait, Argonautas
oſtquam reliquiſſent aulam Phinei ſu-
ra magnam undam maris, acceſſiſſe
rope Cyaneas: ſed clariùs ex Apollo-
io, cùm ſcribit Phineum dimittentem
Argonautas. A me, inquit, diſcedentes
quàm primùm videbitis Cyaneas. Ex
quibus oportuit domum Phinei pro-
pinquam eſſe Cyaneis. Adde, quòd au-
am Phinei dicit Orpheus fuiſſe, ubi ex-
cæcavit filios, eoſque in petras eminen-
tes projecit. Ex quibus videtur aula Phi-
nei propinquior Myrleano, quàm Scle-
trinæ, quòd circa Myrleanum rupes
ſunt eminentes & præcipites, frequen-


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

tari ſolitæ vulturibus, & corvis, mil
que, hoc eſt, harpyis rapacibus. In c
trario littore eſt promontorium, qu
Dionyſius Byzantius appellat C
cium, in hanc diem nomen retin
præterea quòd nulla alia pars Boſp
quàm circa Myrelium & Gypopo
ventos rapidiores habet. Venti e
Harpyiæ dicuntur. Homerus in ſy
nymia ponit θύελλας καὶ ἁρπυίας, ἀν
καταιγιδώδεις πνοάς· τὸ μὲν ἀπὸ τοῦ
πάζειν, τὸ δὲ ἀπὸ τοῦ θύειν, ὅ ἐστι μετὰ β
ἄγειν. atq; ut ſolemus Harpyias ἁρπ
κλυκοὺς κύνας appellare, ita latrones
paces Thraces Harpyias vocare po
mus. Nam quòd Orpheus dicat aul
Phinei fuiſſe in ſylvis, nunc nullæ ſ
in Myrleano, ſed neq; item in ſinu Ph
macia, cũ olim fuiſſe denſa & profu
nemora antè ex Dionyſio acceperim
Sed de his rebus tam antiquis, quas
antiqui quidem permulti etiam liter
monimentis clari benè noviſſe vid
tur, cuivis curioſius relinquo judiciu

## Cap. XXIII.

### *De petra Dotina.*

PAulo ultra Gypopolim (inquit D
nyſius) eſt petra Dotina nomina
non in magnam maris altitudinem

di

u, neque ſupra aquam extans: naves
ipſam impinguntur. Petræ nomen
nia, diſſimulantiaque ridet navigan-
m ignorantiam. Δωτίνην vocant
rienſes, ab aliis Græcis nominatam
οῖκα. Byzantiùs colonos Megaren-
m lingua Dorica uſos fuiſſe, cùm ex
cognoſco, tum magis ex pſephiſma-
, quod à Byzantiis decretum in gra-
m Athenienſium Demoſthenes citat
ntra Æſchinem. Dos, inquit, Varro,
t pecunia, ſi nuptiarum cauſa data;
c Græcè δωτίνη: ita enim hæc à Sicu-
nominatur. Iam verò ut ab Vrbe By-
ntio ad Pharum & Cyaneas pedibus
ofectus ſum ſecundum littus, ita à
aro ſimiliter pedibus Byzantium re-
rti, quàm proximè ad littus accedere
tui. Sed primum à Pharo ad Myre-
m non potui, quòd littus præceps &
æruptum ſit, perpetuis rupibus editũ
altitudinem plus minuſve quadra-
nta paſſuum. Supra hoc littus exiſtit
anities campeſtris, colliculis, & valli-
lis diſtincta, longe lateq; patens, ſen-
n aſſurgens uſque ad verticem collis,
quo antè dixi fuiſſe antiquam Pha-
im. Itaque à Pharo ad Chryſorrhoam
er feci per ſupercilia collium, per de-
rtas paſtiones plenas ericis, aliiſq; fru-

ticibus,ubi nihil cultum apparet,pr
exiguas arationes, non tam iniqu
te terræ, quàm inopia agricolarum
quà deſcenſus patet ad littus, ut p
ad Myrelium, & ad portum Ephe
rum, ſtatim latæ rupes me impedie
ut ex altis littoris crepidinibus mih
pe aſcendendum fuerit ad circume
das rupes obvias,& per directos & p
ruptos clivos repere quadrupedis m
habui neceſſe. A Chryſorrhoa juxta
tus iter habere potui ad promontor
Smilton, quod præceps & abruptũ
pervium eſt, niſi in excelſis clivis: i
ad Bathycolpon juxta Boſporũ perr
à Bathycolpo adCommarodes,exce
vallibus,via non patet in ora mariti
ſed anguſtiſſima ſemita habetur in
duis clivis, confragoſis, & abruptis
Commarode ad Leoſthenium iter c
feci ferè ſecundum littus. A Leoſthe
ad portum Phidaliæ (excipio valles)
duntaxat patet per altos clivos. A P
dalia ad oppidum nuncupatũSycas,
Iuſtinianas,via patet juxta Boſporum
Sycis Byzantium trajectus eſt brev
quatuor ſtadiis, à quo quidem traje
appellato Syceno ad finem Boſpori p
nities maritima (Conſtantinopol
partem continens) acceſſum latum
gitur etiam quàm proximè ad Boſpo
C

## CAP. XXIV.

*: Panio promontorio Phari, & de Cya-*
*neis petris.*

Oſt Dotinam petram, inquit Diony-
ſius, exiſtit promontorium nuncu-
tum Panium, parallelum Cyaneis,
c eſt, quaſi par & æmulum contra
yaneas ſitum, intercedente medio
aris littore: in fine autem promon-
rii, parvæ Inſulæ termini Pontici ma-
: à Continente diremptæ parvo ma-
ſpatio intermedio, quod perlevibus
perparvis navigiis permeari & trans-
i poteſt ob mare minime profun-
um. Sublimes autem Cyaneæ, & ſu-
ra mare elatæ, aſpectum gerentes ſi-
ilem Cyano, ſive à terra multiformi,
ve ex refractione maris: ſupra Cya-
eas ara exiſtit Apollinis à Romanis
atuta. Promontorium Panium to-
um ſaxeum, nihil aliud eſt, quàm
ſthmus peninſulanus, ex tribus parti-
us mari circumdatus, ab Oriente qui-
dem Boſporo, à ſeptentrionibus ſinu
Ponti ſcopuloſo, importuoſo, patenti
in longitudinem circiter mille & du-
centorum paſſuum. Ab hujus intimo
receſſu linea ſecans promontorii dor-
ſum, hoc eſt, cervicem Iſthmi, ducta ad
Boſporum extenditur in paſſus ſeptin-

gentos. Clivi à ſummo mucrone
cervicem in paſſuum altitudinem e
runtur circiter mille & ducentor
Contra Cyaneas emittit duos muc
nes totos ſaxeos. Primus quidem ma
eſt, & rectus aſſurgit in medium p
montorium, ſub imas radices adn
tens brevem quendam receſſum c
turnis & vehementibus fluctibus ex
vatum, cavernis & foſſulis ſaxeis p
num, qui exareſcit, cùm eſt mare tr
quillum: cùm verò eſt ventus, co
tatum impletur fluctibus, ſed caver
ſemper aqua plenæ remanent. Alter
verò mucronem emittit minorem
obliquum, à dorſo demiſſum, ve
pollicem porrectum in obliquam r
nus partem. Is mucro magis meric
nus exiguum ſinum efficit, admitt
tem duntaxat ſcaphas. Littus aut
contra Cyaneas ſitum, intercedens
ter utroſque mucrones, longum ci
ter trecentos paſſus. In Panii ſuperci
eminenti ſupra mucronem major
exiſtit Pharus quaſi Φανὸς: unde
Græcis hujus ætatis, omnia ferè nor
na diminuere in ἄριον ſolitis, appel
tur Φανάριον. id turris eſt octogon
in culmine habens lucernam omnib
noctibus lucentem navigantibus, u



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

e clauſam vitreis feneſtellis, plum-
non gypſo compactis, quod oſten-
non Turcorum, ſed Chriſtianorum
os eſſe. Ex vertice Panii promonto-
uoquo verſum vides longè lateque
tum Euxinum, tanquam ex Panio
randria olim videbatur: hac etiam
te ſpectatur in media Alexandria
ium quoddam manufactum, faſti-
um in acutum verticem, excelſum,
i ſimile, ex cujus culmine tota un-
ue Alexandria, ſimulque hinc mare
rnum, illinc Mareoticus lacus vide-
. Duobus promontoriis Panio &
cyreo finitur Pontus, incipitque Bo-
rus. Iuxta Ancyreum exiſtunt Cya-
Aſiaticæ; juxtaque Panium Cya-
Europeæ, diſtantes à Panio ſibi op-
ito ab occaſu paulò ampliùs ſeptua-
ta paſſus Romanos. tantundem
m in latitudinem patet Euripus,
aneas à Continente ſeparans, quem
loſum & ſaxeum nudus tranſire co-
us, de medio curſu revocatus ſum.
que conſcenſa ſcapha, per hunc pe-
trans adverti Cyaneas ab occaſu qui-
m circumnavigari non poſſe, niſi na-
giis perparvis ob vadoſum Euripum;
Septentrionibus Orienteque circuiri
omnibus navibus poſſe. Cyaneæ
hil aliud ſunt, quàm ut dicuntur, pe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

træ: eas enim nunquam Inſulas ap
lant Orpheus , Apollonius , Vale
Flaccus, Herodotus Dionyſius Alex
drinus: ſed duntaxat petras nomin
Strabo verò & Dionyſius Byzan
vocant Inſulas minùs propriè. Vale
Flaccus nunc ſcopulos, nunc cau
nunc rupes nuncupat. Euripides D
mos petras, quæ profectò nihil a
ſunt, quàm duo ſcopuli, unus Aſi
cus, alter Europæus, diviſus in quin
petras una radice nitentes, ſed ab
ad ſummum rimis diviſus: quarum
mam Pharo viciniorem à petra div
fiſſio, rimaque alta quinquaginta
drantes, alicubi patens in latitudin
trium pedum: in qua quidem fiſſi
conſiſtit ſaxum plauſtrici oneris ma
tudine à prima petra gradum a
aditum jaciens ad ſecundam petram
fiſſionem projectam ex antiqua ru
quam ſummam ſcopuli verticem
diſſe ſignificant circum ſcopulum
multa abjecta ſaxa. Primæ quidem
træ jugum in omnes partes patet ſe
ginta ſeptem dodrantes: ſecundæ v
dorſum planum, in quo ſtatuta eſt
lumna, in dodrantum longitudin
panditur centum & quinquaginta
latitudinem verò quinquaginta. Sec
dam à tertia dividens fiſſio paulo la

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

xaginta dodrantibus. Tantundem
t fiſſura tertiam à quarta ſejungens.
udo totius ſcopuli, quem dixi di-
m in quatuor petras, non excedit
ginta dodrantes. Ambitus ſuperat
millia dodrantum. Aſcenſus in
is jugum non patet, niſi uno aditu,
ue perangusto, quo quadrupedis in
lum irrepitur. Scopulus etſi totus
us, tamen ex ejus dorſo aliquot fru-
enaſcuntur, ut caprifici, ut pruna
ſtia, ſed rariſſima. Cùm ſunt maris
peſtates, fluctibus obruitur uſque
ò, ut columna aſperſione fluctuum
ngatur. Fuit aliquando ſcopulus in-
er, nullis rimis ſciſſus, ſed ſaxa cir-
nprojecta oſtendunt ruinarum edi-
ae ſciſſum fuiſſe: unde factum eſt,
jus radices multas cavernas & late-
s habeant, partim aridas, partim
re admittentes, ubi non modò pi-
, ſed etiam multi homines deliteſce-
poſſunt. Quinta petra longè humi-
r cæteris, faſtigiata in duos vertices,
guo Euripo diviſos: illius quidem
dices ſub aqua juxta vadum cum ra-
ibus ſcopuli, quem jam dixi in qua-
or petras diviſum, continuantur,
njunguntur que: ſed ab hoc ſcopulo
adrifido ſeparatur Euripo vadoſo,
eno ingentibus ſaxis ex aqua extan-
tibus,

tibus, quæ ab ipſis ſcopulis abrupt
videntur. Circum hos omnes ſco
ſimiliter ingentia ſaxa abrupta ja
Euripique vadum intercedentis
Panion, & Cyaneas ſaxeum, & c
noſum, introſpexi; ut vero proxim
videatur Cyaneas olim abruptas
nio promontorio fuiſſe ſimiliter
ſaxeo. Quare non ſine phyſica rati
ubi animadvertiſſent Poëtæ Cya
terræmotu, aut temporis vetuſtat
nas edidiſſe, & circumfractas eſſe
xerunt inter ſe concurriſſe: in quo
curſu quid verius eſſe apparet, q
id, quod tradit Valerius Flaccus:
*neæ juga præcipites illa remittunt.* I
revera earum juga ruinis illiſa rem
ra ſunt facta, earundemq; moles il
Nam quod Apollonius ait petris
neis, Κοῖλαι δὲ σπήλυγγες ὑπὸ σπ
δας τρηχείας Κλυζούσης ἁλὸς
ἐβόμβεον, ex antè jam dictis non
eſſe præſcimus. Quòd autem Cya
Aſiaticas concurriſſe contra Europ
Cyaneas, quas modò clauſas, m
apertas videri tradiderint, ex eoque
normadas, & Symplegadas, & Plan
appellaverint, non mendacium c
menti ſunt, ſed phyſicam veritatem
preſſerunt ex antiquis duabus Cyan

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

eſt, ex duobus littoribus Boſporum
entibus, quæ utraque antiquiſſimis
poribus Symplegades, & Planctæ
ellatæ ſunt, id eſt, ut Valerius ait,
ntes per altum Cyaneæ : *Illæ re-
nt, illæ æquore certant ;* ex eo (ut
ratoſthenes, ) quòd anguſtum fre-
i & flexuoſum multis anfractibus
umſeptum navigantibus videtur
i concurrere & congredi, occultari,
di, tum rurſus digredi aperirique:
ximo enim acceſſu aperiuntur, mox
eſſu rurſum deliteſcunt Cyaneæ.
nyſius Byzantius ut Cyaneas con-
at Inſulas eſſe, tamen omnes Bo-
ri anfractus ait Symplegadas dici
ſe. Neque verò, inquit, Boſporus
ectus, ſed continuus, & parallelis
montoriis fractus : prævertunt e-
n, & tanquam ſe invicem ſupplan-
t, & propemodum ſe decipiunt pro-
ntoria, prohibentia navigantes ul-
ius progredi. Vnde, ut ipſe ait, mihi
entur Symplegades nominaſſe pe-
s, quoniam adnavigantibus modò
riri, modò claudi videntur, fallente
ectu opinionem : id enim quod vi-
tur finis, ſtatim principium eſſe ap-
ret. Quamobrem magis properè
ſpori anfractibus convenit nomen
nplegadum & Planctarum, quàm
Cya-

Cyaneis Inſulis, quæ traduntur in concurriſſe: quia, ut Plinius ait, inter ſe diſcretæ intervallo intran geminæ cernerentur, paululumq flexa acie, coëuntium ſpeciem p rent; id quod non ſatis probabu vigantes ex Ponto in Boſporum. Cyaneæ Inſulæ adeò ſunt vicinæ tinenti, ut particulæ Continent videantur, neque, niſi proximè ſeris, eas à Continenti diſtinxeri utrumque latus Boſpori intrare v tibus in Boſporum, modò clau modò apertum Boſpori canalem dit non modò procul ex agitation vis, modò directa via ad os adnav tis, modo obliqua, ſed etiam prom atque adeò intra Boſporum nav tibus crebrò claudi & aperiri Boſp videtur ex crebris promontorio flexibus. Rectè igitur Frontinus neas vocat Boſporum. Philippus quit, cùm anguſtias maris, quæ neæ appellantur, transnavigare pter Athenienſium claſſem, qua portunitatem loci cuſtodiebat, poſſet, ſcripſit Antipatro, Thracian bellare, præſidiis, quæ ibi reliqu interfectis, ut ſequerentur omiſſis nibus, quæ epiſtolæ, ut intercipe tur ab hoſte, curavit. Athenienſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

ıa Macedonum accepiſſe viſi, claſ-
ı abduxerunt. Philippus nullo pro-
ente anguſtias freti liberavit. Sic
aneas intelligere videtur fœdus il-
l illuſtre, quod Athenienſes poſt pu-
as navales percuſſerunt cum Rege
rſarum, quæ ſic abjecerunt Regis
imum, Ὥστε συνθέσθαι τὴν περιβόη-
ι εἰρήνην ἐκείνην, ἵππου μὲν δρόμον
ι τῆς ἑλληνικῆς ἀπέχειν θαλάσσης·
δν δὲ Κυανέων καὶ Χελιδονιῶν μακρᾷ
καὶ χαλκεμβόλῳ μὴ πλεῖν. Iam etſi
his, quæ antè dixi de aulis Amyci &
inei, liqueat Orpheum duas petras
aneas non intelligere totum Boſpo-
m, aut multiplices anfractus paral-
os Boſpori: tamen ex eo clarè elicere
n poſſumus, an duntaxat intelligat
aneas Inſulas, an etiam utrumque
tus circumvicinum Cyaneis. At ex
pollonio non ſolùm ejus æmulo, ſed
iam enarratore, aſſequimur, petras
yaneas aut eſſe, quas Inſulas dixi-
us, aut rupes & cautes utriuſque lit-
ris à Myrleano ſinu uſque ad Cya-
as. Sic enim Apollonius ait, ubi Ar-
onautæ duodecim diis aram poſuiſ-
nt, in eo promontorio, quod etiam-
um ἱερὸν Græci appellant.

Oἱ

Οἵ δ' ὅτε δὲ σκολιοῖο πόρου στείνω
ἵκοντο,
Τρηχείῃς σπιλάδεσσιν ἐεργμένον ἀμ
φοτέρωθεν,
Δινήεις δ' ὑπένερθεν ἀνακλύζε
ἰοῦσαν
Νῆα ῥόος, πολλὸν δὲ φόβῳ προτ
σε νέοντο·
Ἤδη δὲ σφίσι δοῦπος ἀρασσομ
πετράων
Νωλεμὲς οὔατ' ἔβαλλε, βόων δ'
μορέες ἀκταί.

Paulo poſt:

Ταὶ δ' [ Cyaneæ ] ἄμυδις πρ
αὐτίαι ἀλλήλῃσι,
Ἄμφω ὁμοῦ ξυνιοῦσαι ἐπέκτυ
ὦρτο δὲ πολλὴ
Ἅλμη ἀναβρασθεῖσα, νέφος
αὖε δὲ πόντος
Σμερδαλέον· πάντῃ δὲ περὶ μέ
ἔβρεμεν αἰθήρ.
Κοῖλαι δὲ σπήλυγγες ὑπὸ σπιλά
τρηχείας
Κλυζούσης ἁλὸς ἔνδον ἐβόμβεον.

Ex quibus percipimus, Argonautas

ve

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

es ex Fano Iovis, aliquandiu navi-
per Boſpori flexuoſi anguſtias u-
que aſperis cautibus cinctas, jam-
ſonitum petrarum conflictantium
nautarum aures vexaſſe, marina
ra muſicè Cyaneas inter ſe concur-
fremuiſſe, cavas ſpeluncas ſub cau-
mari intus fluctuante reſonaſſe:
omnia cõveniunt nõ modò inſulis,
tiam cautibus & rupibus utriuſque
ris excurrẽtis à Cyaneis ad Myrlea-
ſinum, & Coracium promonto-
. Ibi enim utrimque excelſæ rupes
uum impetu altè reſonant, & con-
iſſe inter ſe videntur, ex ingentibus
circum utrumq; littus ſparſim in
i jacentibus. Iam verò ex antedictis
picuum eſt Tzetzem nobilẽ Gram-
icum, qui gloriatur ſe omnibus
graphis atque Hiſtoricis longè me-
ſcire Boſporum Thracium, neſcire
neas, non modo quas tradunt Geo-
phi Hiſtoricique: ſed ne illas qui-
, quas Poëtæ, quorum interpretem
rofitetur, commemorant. Sic enim
rrat illos Lycophronis verſus:

αὶ Πόντος Ἕλλης, καὶ πέτραι
Συμπληγάδες,
αὶ Σαλμηδιος, ϰ̀ κακόξεινος
κλύδων Σκύθαισι γείτων.

Quas Homerus appellat Planctas,
cophron Symplegadas petras, Era
ſthenes Synormadas, quas dicit a
Pontum Euxinum eſſe, ſive circum
guſtias; Apollonius & Lycophron ip
quidem dicunt eſſe Symplegadas:
rùm Lycophron videtur has ponere
ter Chalcedonem & Byzantium, ut
deantur eſſe id, quod ab idiotis dici
Rheuma: Apollonius verò vide
apud Pontum Euxinum, ſive apud
guſtiarum locum nuncupatam C
vem, ipſas ſtatuere, eas ſimiliter ut
cophron ſcribens Symplegadas ἀξ
νους, [vel ἀξένους,] quarum una eſ
Europa apud Byzantium, altera in A
apud Chalcedonem. Salmydeſſus v
eſt mare inter Byzantium & Damal
Poſt anguſtias Boſpori & Fanum Io
eſt Scythia. Hæc quidem Tzetzes.
verſus Lycophronis, cùm nihil d
deant ab Orpheo & cæteris ſcript
bus, perverſè convertere conatur
ſenſum ab omnibus authoribus alie
ſimum. Non enim his verſibus Ly
phron dicit, Symplegadas eſſe in
Chalcedonem & Byzantium, ut ipſe
ſtatur, neque Apollonius ponit ad
xinum Pontum, ut Tzetzes ait, nec
apud Clavem Ponti, ſive eam intelli

qu

m hodie appellant Κλείδιον, locum
num Byzantio, nuncupatum Se-
marinum, ſive illas Claves, quas
nyſius appellat modò Κλεῖθρα,
lò Κλεῖδας, quas antè demonſtra-
us eſſe circiter medium Boſporum,
pe ſinum appellatum Pharmaciam.
Apollonius ipſe Symplegadas ponit
d partem Boſpori, quam modò ex-
uimus, ſic inquiens: Δύω ἄλλος ἐν
όχῃσι Κυάνεαι πέτραι: hoc eſt, *in*
*nis faucibus Ponti duæ Cyaneæ.* Ne-
ex Lycophrone colligi poteſt Sal-
deſſum eſſe inter Byzantium & Da-
lim, ſed ad Pontum, eo in loco, quo
nes Geographi tradunt: neque poſt
num Iovis eſſe Scythiam Europæam
Lycophrone conjectari poteſt; ſed eo
loco, quo cæteri tradunt. Non mo-
inſulæ Cyaneæ in hunc diem, ſed
am omnes rupes claudentes Boſpo-
m à Cyaneis uſque ad Fanum & lit-
ra circumvicina Cyaneis, ſpectantur
lore cyaneo, aliæ obſcuriore, aliæ di-
iore. Planctas Thracicas Homerus
lut quadam machina mirabili petras
monſtroſam longitudinem jaculan-
ex freto Thracico jaculatus eſt in fre-
m Siculum fictione architectrice; &
as poſt Iaſonis tranſitum Orpheus

 longè

longè antè ſempiternis radicibus d-
xerat in freto Thracio, immobiles m-
ſuras, in ſede Thracica ſemper man-
ras, explantavit, elocavit, tranſtuli
Siciliam, eas effingens ad ſimilitudin
Symplegadum petrarum Cyanearu
prius ab Orpheo effictarum, aliquid
ſuo addens. Sed ut Thracicas Cyan
à Siculis internoſcere queamus, ſubj
gam Homericam Sicularum deſ
ptionem:

> Ἔνθεν μὲν γὰρ πέτραι ἐπηρεφέες, π
> δ' αὐτὰς
> Κῦμα μέγα ῥοχθεῖ κυανώπιδ
> ἀμφιτρίτης.
> Πλαγκτὰς δή τοι τάς γε θεοὶ μάκα
> καλέουσι.

Et paulo poſt:

> Οἱ δὲ δύω σκόπελοι, ὁ μὲν οὐρανὸν
> ρὺν ἱκάνει
> Ὀξείῃ κορυφῇ· νεφέλη δέ μιν ἀμ
> βέβηκε (αἴ
> Κυανέη, τὸ μὲν οὔποτ' ἐρωεῖ, οὐδέ π
> Κείνου ἔχει κορυφὴν, οὔτ' ἐν θέρει,
> ἐν ὀπώρῃ·
> Οὐδέ κεν ἀμβαίη βροτὸς ἀνὴρ
> καταβαίη

O

ὀδ' εἴ οἱ χεῖρές γε ἐείκοσι καὶ πόδες
εἶεν·
έτρη γὰρ λίς ἐστι περιξεστῇ εἰκυῖα·
μέσσῳ δ' ἐν σκοπέλῳ ἐστὶ σπέος
ἠεροειδές,
ρὸς ζόφον εἰς ἔρεβος τετραμμέ-
νον.

inde ut deſcripſit Scyllam eſſe in hoc pulo, adjungit:

ὸν δ' ἕτερον σκόπελον χθαμαλώ-
τερον ὄψει Ὀδυσσεῦ,
λησίον ἀλλήλων· καί κεν διοϊστεύ-
σειας.
ῷ δ' ἐν ἐρινεός ἐστι μέγας φύλλοισι
τεθηλώς·
ῷ δ' ὑπὸ δῖα Χάρυβδις ἀναρροιβδεῖ
μέλαν ὕδωρ.

ec omnia non conveniunt Thracii ſpori Cyaneis. Nam Homerus Poë- è alterum auget ſcopulorum illorum tingere cœlum acuto vertice adum- ato perenni nube, illumque aſcendi n poſſe tradit. At Cyaneæ inſulæ hracicæ aſcendi poſſunt: littora verò rcumvicina, ſi Cyaneæ petræ ſunt exi- mandæ, nullis pedibus, nulliſque ma- bus aſcendi poſſunt. Nam quòd dicit



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

in illo ſcopulo Siculo ſpeluncam e
parte Occidentis, in quam abdu
Scyllæ piſces; Boſpori Cyaneæ in
ſpeluncas quidem habent, ſed ex p
Orientis & Meridiei, in quas ſub
piſces etiam Delphini: at canes Ch
riæ, qui Lamiæ, & Scyllæ nomina
illuc non ſubeunt, propterea quòd
tus Euxinus feris piſcibus freque
non ſoleat, niſi Delphinis & Phoc
Vidi tamen canem Charcariam
nium maximum, quos unquam v
rim, captum apud muros Byzantii
is adeò rarus illîc videtur, ut tanq
monſtrum ſpectaretur, à nulloqu
ſcatore cognoſceretur. Veſtigia ar
pollinis, quam Dionyſius tradit Ro
nos ſtatuiſſe ſuprà Cyaneas, nulla
extant, niſi ſcrobiculi, ſeu foſſulæ e
vatæ in petræ ſecundæ vertice, ub
jamnum extat columna marmorea
jus baſis, in qua inſcriptio conti
nomen C. Cæſaris, inciſa literis Lat
exeſa eſt temporis vetuſtate. Exiſtit m
moris candidiſſimi, alta circiter ſex
drantes, & ſex digitos, cujus perim
complectitur novem pedes, & ſe
ſem. Mediam baſim cingit vitta
reata flexuoſa, modò ſurſum ve
modò deorſum. Ex medio flexus c
druplicis vertice appenſum eſt ca
bu-

bubulum. In medio aliorum quatuor plexuum inciſi ſunt circuli, in quorum uno eſt effigies quadrupedis; in altero Solis imago; in tertio radiorum decuſſis; in quarto vergente ad Aquilonem nihil expreſſum eſt. Columnæ ſcapus non reſpondet magnitudini ſpirę, nempe illius perimeter ſex pedes circumplectitur: ſummus ſcapus habet apophygem, & aſtragalum partim exeſum: Capitulum tamen Corinthium integrum exiſtit. Baſim exiſtimo reliquias aræ Apollinis, cùm ex vittis laureatis, tum ex candore marmoris. Aræ enim ſolitæ erant fieri ex marmore candido, quæ non facta videtur ad hanc columnam ſuſtinendam, ſed ex aræ everſæ reliquiis iterum hanc excitaſſe Barbaros in honorem Cæſaris. Similiter, ut Arrianus ſcribit, Trapezuntios Adriani ſtatuam ſtatuiſſe ex marmore aſpero factam, inſcriptionemque depravatè incidiſſe.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

## LIBER TERTIVS.

### CAP. I.

*De ſcopulo nuncupato Colona, & *
*Rhebante flumine.*

HVc uſque de littore Boſpo Europæo, & de Cyaneis Eu ropæis: quas, priuſquàm na ctus eſſem Anaplum Diony ſii, præceperam ex Strabone, traden Cyaneas petras eſſe duas inſululas i Ponti oſtio ſitas, alteras vicinas Europ Continenti, alteras Aſiæ. Europæas fa cilè deprehenderam, ex eo, quòd ſol ſint in longiſſimo tractu littoris Thr cici: at Aſiaticas cognitu longè diffic liores expertus eram, ob multitudine ſcopulorum: quos cùm ex vertice Cy nearum Europæarum intuerer, diſce nere à Continenti non poteram, ni duos Cyaneis Europæis oppoſitos, a ortu æquinoctiali, diſtantes circiter ſ xaginta ſtadia. Eos igitur propiùs, ut e plorarem, adnavigare aggreſſus, reper tina maris tempeſtate ex medio curſ rejectus ſum ad Fanum Iovis, unde p dibus per ſaltus deſertos & malè fid acceſſi ad ipſos ſcopulos mihi ex vertic Cyanearum antè proſpectos, quoru alterum ſitum ultra Rhebanté amne

circit

r tria miliaria: Græci hujus æta-
minant *Atroparion* : alterum ſi-
inter Rhebantem & Boſporum
ant *Crommyon* : is mihi potiùs
ea Aſiatica videbatur, ex Orpheo
ollonio, tradentibus ſtatim poſt
eas Rhebantem fluere in Pontum:
uòd eſſet ultra promontorium,
fauces Boſpori ſtringere incipit,
nonnullam dubitationem affere-
erùm eam extenuabat Dionyſius
conſcriptor, cùm ait:

όας ἔνθ᾽ ἐρατεινὸν ἐπιπροΐησι ῥέε-
θρον,
όας, ὃς Πόντοιο παρὰ στομάτεσσιν
ὁδεύει,
όας, οὗ κάλλιστον ἐπὶ χθονὶ σύρεται
ὕδωρ.

d παρὰ interpretarer *apud*, non
m *prope*, ut interpretandum eſſe
ea cognovi. Quamobrem diligen-
nunc ſcopulum ſic conſiderare cœ-
m obrotundum eſſe & ſimilem
ρομμύῳ, cujus ex forma piſcato-
putant appellatum: ejus comple-
n ambire circiter quatuor ſtadia: fa-
um planum habere ſenſim in clivos
exum, ejuſdemque latera undique
ea ab Oriente quidem & ſeptentrio-

 nibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

nibus prærupta & directa, ut aſce
nequeant: at ex Meridie & Occaſu
tiora,& quæ aſcenſui pateant. Deni
totus ſaxeus eſt, etſi jugum herbas
bet, in quo veſtigia videntur antiq
rum ædificiorum. Cùm eſt magna
ris tempeſtas, undique mari claudi
& à Continenti ſeparatur Euripo c
tum ſexaginta paſſuum: cùm eſt tr
quillitas, Euripus exſiccatur, & v
cervix fit, qua adnectitur Contine
tota ſabuloſa, lata octoginta paſſus, l
ga centum ſexaginta: inde ora mar
ma plana & ſabuloſa, apta panagris
tibus, longa paulo amplius duobus
liaribus excurrit uſque ad promon
rium, quò littus tendens ad occaſ
ferme æquinoctialem, flectitur ad
caſum brumalem. Vbi hunc ſcopul
ita exploraſſem, profectus ſum ad R
bantem, ut viderem amnem nobil
tum à tot antiquis nobilibus ſcript
bus. Is enim à Dionyſio Alexandri
Rhebas nominatur, ab Orpheo Rhe
nus, ab Apollonio Rhodio nunc R
bas, nunc Rhebeus appellatur: jan
Græcis etiam agreſtibus vocatur P
βας, quem Arrianus tradit diſtar
Fano Iovis Vrii nonaginta ſtadia. N
ne averſus à Muſis eſſem, ſi inſtitu
noſtro operi tam vicinum fluvium p

eique excitavit aram, & columnam, i qua Damalis ſtatuta ſpectatur ex lapid albo facta. Sic enim appellabatur ill Charetis uxor, quod etiam in ea inciſ uſque ad noſtram ætaté verſibus pate Deinde eoſdem verſus affert, quos ſupr ſcripſi. Prætereo jam non rectè Cod num tradere, Charetem Atticæ claſſi ducem, quadraginta navibus auxiliat fuiſſe Byzantinis; cùm ex Demoſthen conſtet, Athenienſes ſuccurriſſe Byzan tiis centum & viginti navigiis. Omitt etiam illud, quòd dicat promontorium in quo ſita eſſet ſtatua Damalis, eſſ Propontidis, cùm ſit Boſpori. Hoc u num, quod rectè ſcribit, accipio, nimi rum hanc columnam, ſtatuamque ex citatas fuiſſe à Byzantiis in gratiam Im peratoris Athenienſium, cùm ex ante dictis percipi poteſt, tum ex Pſephiſmat Byzantiorum, quod ingenuè profitetu Byzantium à Philippo Macedone ob ſeſſum, liberatum fuiſſe auxilio Athe nienſium, quod Demoſthenis Code editus ſic habet lingua Dorica conſcri ptum, qua Byzantii utebantur, colon Megarenſium Doricorum, Ἐπὶ ἱερομνάμονος βοσπορίχω δαμάγητος ἐντεαλίᾳ ἔλεξεν ἐκ τᾶς βολᾶς λαβὼν ῥήτραν· ἐπειδὴ ὁ δᾶμος ὁ ἀθηναίων

ἔντε

τοῖς προγενομένοις καιροῖς εὔνοεων
ἐντελεῖ Βυζαντίοις, καὶ τοῖς συμμά-
, καὶ συγγενέσι Περινθίοις, καὶ πολλὰς
μεγάλας χρείας παρέχηται ἔν τε τῷ
παρεστηκότι καιρῷ Φιλίππου τοῦ μακε-
ὄνος ἐπιστρατεύσαντος ἐπὶ τὰν χώ-
, καὶ τὰν πόλιν ἐπὶ ἀναστάσει Βυζαν-
ων καὶ Περινθίων τὰν χώραν δαιόντος
δενδροκοπέοντος, βοηθήσας πλοίοι-
ἑκατὸν καὶ εἴκοσι, καὶ σίτῳ καὶ βέ-
σι, καὶ ὁπλίταις, ἐξείλετο ἁμὲ ἐκ
ν μεγάλων κινδύνων, καὶ ἀποκατέ-
σε τὰν πατρίαν πολιτείαν, καὶ τοὺς
μως, καὶ τάφος δεδόχθω τῷ δάμῳ
Βυζαντίων καὶ Περινθίων ἀθηναίων
μεν ἐπιγαμίαν, πολιτείαν, ἐν ταῖς
ῖς, καὶ οἰκέιαν προεδρίαν ἐν τοῖς
ῶσι ποτ' ὅλον ποτὶ τὰν βωλὰν, καὶ
τοικὸν ἐθέλοντα τὰν πόλιν, ἀλειτουρ-
την ἦμεν πᾶσαν πρὸς λειτουργίαν·
ῆσαι δὲ καὶ εἰκόνας τρεῖς ἑκκαίδεκα
ήχεις ἐν τῷ Βοσπορείχῳ. Prætereo
tera. Si hoc Pſephiſma vitiatum non
ſet, perſpiceremus has ſtatuas treis
decim cubitorū ſtatutas fuiſſe apud
cum Bovem nuncupatum, ubi Cha-
res

res Athenienſium bello navali pugn
vit contra Philippum, tumque leger
mus non Βοσπορείχῳ, ſed Βοσπορε
χώρῳ: cujuſmodi fuit locus nuncup
tus Bos, aut promontorium Boſporiu
nominatum, in quo ſitum erat Byza
tium. Ex antiquo Codice emenda
nonnulla, ut ἔντε ἁλίᾳ, Codex antiqu
habet ἐν τῷ ἁλίῳ, id eſt, in concion
ut Herodotus utitur: ἐκ τὰς γῆς, an
quum exemplar habet ἔκπαζιν γῆς.
Polybio, Arriano, Dionyſio Byzant
patet locum appellatum, ſive Bove
ſive Damalim fuiſſe promontorium
nunc nominatum Scutaricum, po
tum è regione promontorii Boſpo
Byzantium continentis, ſententiaq
Polybii ita appellatum, quòd Io vac
illuc ex Europa fretum tranſiens appu
ſa fuerit. Dionyſius quidem Byzantiu
promontorium appellari Bovem co
ſentit, ſed Bovis ſtatuam in eo excit
tam ex antiquo epigrammate negat e
Ious Inachi filię, eamque huc non tra
ſiſſe, ſed in Pharon: quam autem Ph
ron epigramma intelligat, vide an Ph
ron antiquam, quam ſuprà oſten
fuiſſe prope anguſtias Fani: an illam
quam Marcellinus ſtatuit ſupra pro
montorium Chryſoceras, hoc eſt, i

ur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

be Byzantio. At nemo Io tradit hàc
it illàc tranſiſſe. Mihi potiùs epigram-
a intelligere videtur Pharum Alexan-
rinam, negareque Boſporum appella-
um ab Io Inachi filia. Nam etiam Ar-
anus ſcribit quorundam ſententia a-
am vaccam fuiſſe, quæ nomen dederit
eto Thracio, quam dicit Phrygibus
ominibus eam urgentibus incolumen
ullo metu fretum tranſiſſe, ſitum in-
er Chalcedonem & Byzantium, du-
emque illis extitiſſe, quibus divinum
raculum datum erat, ut bucculam iti-
eris ducem facerent. Cui obtempe-
antes, incolumes tranſierunt, & mo-
umentum tradit hujus tranſitionis,
Damalim æream excitatam à Chalce-
onenſibus, locumq; in regione Chal-
edonia eſſe ait, qui forſitan eſſet is, qui
ſq; ad ſuam ætatem nominaretur Da-
malis. Dionyſius quidem fatetur colu-
mnam ex lapide albo fuiſſe, ſed non de-
clarat, Damalis ne eſſet lapidea, an æ-
rea. Georgius Codinus dicit ſtatuam
Bovis uxoris Charetis fuiſſe ex lapide
expolito. Itaq; oportet illam antiquam,
unde Boſporus appellatus fuit, quam Ar-
rianus tradit æream, dejectam & ſubla-
tam eſſe: deinde alteram lapideam po-
ſitam fuiſſe tempore Leonis Phocæ, ut
antè dixi. Damalis lapidea ſtabat in co-

lumna,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

lumna. Iam non repetam, quantoper[e] erret Tzetzes, dum ſtatuit Cyaneas in[-] ter Damalim & Conſtantinopolim: i[d] enim ſuprà oſtendi, cùm agere de Cya[-] neis; quàm item averſus à cognition[e] locorum labatur, cùm circa locum Da[-] malim teſtatur Darium pontem jun[-] xiſſe, declaravi, dum de Hermæo tra[-] ctarem promontorio.

## CAP. X.

*De fonte nominato Hermagora, & tem[-] plo Veneris: & de æde Synodi Chal[-] cedonenſis: de Chalcedone.*

POſt, inquit Dionyſius, locum appe[l-] latum Bovem, ſequitur fons nom[i-] natus Hermagora, & delubrum hero[is] Euroſti: ſecundum id exiſtit littus ſup[i-] num, & planum, leniſſimo fluvio irr[i-] gatum, in ipſoque Veneris templum atque juxta ipſum parvus iſthmus mu[-] tam circumſcribit Cherroneſum, in qu[a] urbs Chalcedon, paulò ſupra fluviu[m] appellatum Chalcedonem ſita, port[us] utrinq; habens in flexibus in iſthmu[m] recedentibus; unum quidem ad veſp[e-] ram ſpectantem, alterum ad Solis o[r-] tum: ipſa quidem effertur colle quide[m] humilior, planitie verò aſperior. Mul[ta] in urbe hac admiratione digna, ob an[-] tiquitatem, & res geſtas, & fortunas,

i

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

utramq; partem mutationes : maxi-
è autem admirabilia , Apollinis tem-
um , & oraculum nullo ſummorum
raculorum inferius. Verùm finis eſto
eæ Boſpori hiſtoriæ. Hęc quidem Dio-
yſius ; qui ut planiùs cognoſcatur, lit-
s deſcribam à promontorio Dama-
co uſq; ad Chalcedonem: de qua non-
ılla addens, finem ipſe quoque faciam
oſpori, qui procedens ad Solis occa-
m , flectitur promontorio Damalico
d meridianum cardinem. Iam verò in-
r duo promontoria , nimirum alterũ
uropæ, Boſporium nominatum, & al-
rum Aſiæ Damalim [vel Damalicum]
ppellatum, ſupra mare paululum emi-
et ſcopulus, ſeu parva Inſula, diſtans à
romontorio Damalico circiter centũ
aſſus, tota fermè occupata ab arce, ma-
hinis bellicis munita ad arcendas na-
es hoſtiles , ſi quæ penitius in Boſporũ
x Propontide erumpere conarentur.
tq; ab ea arce ad promontorium Da-
alicum transverſus murus cæcus ſub
qua obductus erat, velut quædam mo-
es , ictus ſeptentrionum excipiens na-
ibus ob rapidum intermedium Boſpo-
i fluxum aſcendere nequeuntibus, ven-
umque à puppi expectantibus in eo lo-
o , quem Dionyſius tanquam è carce-
ibus inquit emittere trajicientes , tu-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

tiorem ſtationem efficiebat. Tame
avaritia nationis dominantis paulò a
tè dirutus eſt, ejusque ſaxa tranſlata
privatas ædificationes. A promontor
Damalico, diſtanti à Chalcedone pau
minus quàm tria miliaria, littus eſt fe
totum importuoſum & prætuptum
mareque juxta littus vadoſum, caut
busque ſub aqua latentibus confrag
ſum, ut vix tentans multis locis reperi
potuerim applicationem ſcaphæ: litt
risq; crepidines in pluſquam quinqu
ginta paſſus efferuntur præcipites,
aſcenſus directus ſit, & præruptus à D
malico promontorio uſque ad vallic
lam, quæ ſinum efficit, ubi ora humili
& littus demiſſum, & non præruptum
mareque portuoſum, in quo cernunt
ruinæ molis antiquæ, quæ olim muni
bat portum, ſeu potius ſtationem, nun
gradum præſtat ad fontem in litto
proximo fluentem perennem, à Di
nyſio appellatam Hermagora: que
paulò antè ſubductum vidi in horto
quos ſupra Hermagoram Rex Soleim
nus longis muris circumſepſit: aliis e
etiam fontibus opere ſubterraneo de
vatis, ut eorum redundantia hortis ſ
perflua ſit, reſtituendus fluxus Herm
goræ longè copioſior. A fonte Herm
gora littus eſt ferè ſaxoſum & prærupt

uſqu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

uſque ad planitiem Calcedonis ſuburbanam, ubi olim erat ædes Veneris, & poſtea fuit templum divæ Euphemiæ funditus jam everſæ ſupra terram, atq; adeò ſubſtructiones erutæ, excepto cuniculo ſubterraneo, ex quo etiamnum ſcaturit fons. Propè eſt rivulus, cujus meminiſſe Dionyſium antè vidimus: qui ſi nunc longè minor fluit, id attribuendum fonti conſtructo in eadem planitie juxta viam Chalcedone tendentem ad urbem Nicomediam, perennem fiſtulam quoquo verſus quatuor digitos patentem implente. Fons autem, quem jam dixi ſcaturire ex antiquo aquæductu divæ Euphemiæ, diſtat à ſcala Chalcedonenſi mille & centum paſſus. Qualis autem fuerit ædes divæ Euphemiæ, in qua celebrata fuit Synodus Chalcedonenſis, & qualis ejus ſitus, Euagrius Scholaſticus amplè ſcribit, quę ego breviter attingam, ſacrorum hominum cœtum habuiſſe concilium in Euphemiæ martyris æde, diſtanti à Boſporo non ampliùs duobus ſtadiis, ſita in ſuburbano agro Chalcedoniorum Bithynorum molliter acclivi, ut ambulantes in templum non ſentiant ſe in illud ſubiiſſe, repenteque velut ex ſublimi ſpecula undique campos ſub aſpectum ſubjectos contemplentur ſupinos



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

& planos herbis, frugibus, arboribus vireſcere, mareque partim tranquillum violaceo cæruleoque colore purpuraſcens, ad littora adludere, amœnumque quiddam exhibere, partim murmure ſonans, fluctibus efferatum, lapillos, & conchas, & algas provolvere. Inde addit, Euphemiæ ædem vel hoc ipſo ornari, quòd ſita ſit ante oculos Cõſtantinopoleos, & quòd conſtet tribus membris magnorum ædificiorum ornatis, amplitudine, & laxitate, & pulchritudine columnarum, & tectis elegantibus. Sed quid conor in lucem edere ſcripta Euagrii, vel hoc ipſo nobilia facta, quòd nobilibus & planè regiis Pariſiorum characteribus jamdudum pervulgata etiam longè ultra Chalcedonem vagentur. Chalcedon, quam Herodotus appellat Chalcedoniam, à Dionyſio quidẽ conſtituitur paulò ſupra Chalcedonem fluvium. Sed tacet Dionyſius, id quod Arrianus & Menippus loquuntur, appellatam ab eodem flumine Chalcedone. Arrianus in ſua hiſtoria Bithynica dicit eam nominatam à filio Saturni nuncupato Chalcedone, à quo primùm fluvius illic fluens nominatus eſt Chalcedon: deinde urbs Dorienſibus, illuc coloniam ubì deduxiſſent, nominata eſt eo nomine, quo flumen. Incertus quidam

am Hiſtoricus dicit vocatum à filio
halcantis vatis. Alii ajunt à Chalcide
rbe Eubœæ, quæ illuc Coloniam mi-
ſſet. His quidem Dionyſius orbis de-
criptor conſentire videtur, Chalcedo-
ios appellans Chalcides. Ille verò tra-
ens à filio Chalcantis vatis, motus
uiſſe videtur nobilitate oraculorum
Chalcedonicorum. Arrianus narrat, ut
lter & viceſimus dies omnium men-
ium nefaſtus à Chalcedonenſibus inſti-
utus eſt, ex eo, quòd cùm illo die alia
haudquaquam proſpera paſſi ſint, tum
Pharnabazus Perſa eorum pueros exci-
lerit & penitus caſtrârit, & miſerit ad
Darium. Idem ait, morbum in Chalce-
donios ſæviſſe divina ira, eoſdemq; ſua
virilia abſcidiſſe, quòd ſacrificia quædã
neglexiſſent. Cæcos Chalcedonios ora-
culum dixit, ea de cauſa, quòd Mega-
renſes huc primùm navigantes eligere
neſciſſent Byzantiorum ſolum uberius.
Herodotus ſimiliter ſcribit Megabyzũ,
cùm intellexiſſet decem & ſeptem ante
annis Chalcedonios, quàm Byzantios
urbem Chalcedonem condidiſſe, cæcos
dixiſſe, quòd præſente meliore loco ele-
giſſent pejorem. Chalcedonii, inquit
Theopompus, priuſquam rempublicam
participaſſent, communicaſſentq; cum
populari gubernatione Byzantiorum,



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

omnes quidem in officiis inſtitutisque rectè vivendi erant. Poſt verò quàm democratiam Byzantiorum guſtaverunt, vitam quotidianam maximè frugalem & temperatam luxu, delitiisque corruperunt ac depravârunt, ſimulque evaſerunt ſumptuoſi, potandiq; amantes. Viros excellentes procreavit Chalcedonia, è quibus Thraſymachus ſophiſta, qui primus periodum, & colum demonſtravit, diſcipulus Platonis & Iſocratis. Recentes Hiſtorici, qui ante quadringentos annos ſcripſerunt, tradunt ſua ætate Chalcedonios non dare operam literis, ſed Thunnorum piſcationi, artique cæterorum piſcium retibus & lineis capiendorum, victumq; manibus quærere, parumque aut nihil curare literas: at nunc ne piſcari quidē ſciunt, ac potius agros duntaxat colunt, piſcandi adeò ignari, ut Thunnos & Pelamidas ex foro Byzantiorum emere habeant neceſſe: cùm olim conſtet notiores fuiſſe Pelamides Chalcedonias, quàm Byzantias. Sic enim inquit Varro: Paguri Samii, Phrygia Attagena, Grues Melicæ, Hædus ex Ambracia, Pelamis Chalcedonia, Muræna Tarteſia, Aſelli Peſinuntii, Oſtrea Tarentina, Pectunculus Chius, Elops Rhodius, Scari Cilices. Quòd autem Dionyſius tradit,



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

halcedone oraculum Apollinis fuiſſe
on inferius Delphico, Lucianus id
onfirmat, antiquiſſimum qui aſſerit,
ùm Alexandrum ait pſeudomantem
cietatem iniiſſe cum Byzantio quo-
am Chronographo ſcelerato, qui ap-
ellaretur Cocconas. Hi cùm inter ſe
ogitarent Delphos, Claron, Delum,
ranchidas divites factos ex arte divi-
andi, conſtituerunt vaticinationis
raculum excitare, ac primùm conſi-
erarunt de loco. Cocconas Chalce-
onem probabat locum commodum
ſſe mercatoribus frequentem: Alexan-
ler præferebat urbem Paphlagoniæ
ominatam Aboni mœnia; cujus ſen-
entia vicit. Itaque profectis ipſis Chal-
edonem, utile quippiam urbs viſa eſt
abere in Apollinis templo, quod il-
ic antiquiſſimum eſt: tabulas æreas
lefodiunt, in quibus inſcriptum in-
iſumque erat, ut quàm mox Aſcle-
pius cum ipſo Apolline patre accede-
ret in Pontum, ut occuparet Aboni
mœnia. Harum tabularum de indu-
ſtria inventarum fama, ſtatim Bithy-
niam & Pontum pervagata pervenit
Aboni mœnia, urbem ut dixi Paphla-
goniæ, ejusq; incolas ita movit, ut tem-
plum ædificare cœperint, quò Alexan-
der profectus eſt. At Cocconas Chal-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

cedone remãſit, duplicia, planeq; ambigua oracula quędam conſcribens. Ex Apollinis Chalcedonici tripode manaſſe arbitror oraculum, quod Socrates ſacræ hiſtoriæ conſcriptor tradit, cùm Valentis Imperatoris indignatione muri Chalcedonis everterentur, in fundamentis inventam fuiſſe tabulam lapideam, verſus continentẽ ſubſequentes:

Ἀλλ' ὁπόταν νύμφαι ἱερὸν [δροσε-
 ρὴν] κατ' ἄστυ χορείην
Τερπόμεναι στήσονται ἐϋστεφέας κατ'
 ἀγυιὰς,
Καὶ τεῖχος λουτροῖο πολύστονον ἔσσε-
 ται ἄλκαρ,
Δὴ τότε μυρία φῦλα πολυσπερέων
 ἀνθρώπων,
Ἄγρια, μαρμαίροντα, καὶ καλὴν ἐπιει-
 μένα ἀλκὴν,
Ἴστρου καλλιρόοιο πόρον διαβάντα σὺν
 αἰχμῇ,
Καὶ Σκυθικὴν ὀλέσει χώρην, καὶ Μυ-
 σίδα γαῖαν,
Θρηϊκίης δ' ἐπιβάντα σὺν ἐλπίσι
 μαινομένῃσιν,
Αὐτοῦ μὲν βιότοιο τέλος καὶ πότμον
 ἐπίσποι.

Hujus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

Hujus oraculi declarationem afferam, cùm tractabo decimam Regionẽ Conſtantinopoleos. Sed ut planiùs perſpiciatur Dionyſii Chalcedonica deſcriptio, & quales ſint hodie portus, quos idem Dionyſius antea dixit Chalcedonem utrinque habere: atque ut internoſcatur, uter horum poſtea appellatus fuerit Eutropii portus, ſubjiciam nonnulla. Chalcedonia uſque ad hanc ætatem ſuum nomen retinet, olim magna & præclara urbs, nunc exiguus vicus: hæc enim iterum, & ſæpius vaſtata, primò à Perſis, iterum à Valente Imperatore muris ſpoliata, deinde à Gotthis everſa, quam pòſt Cornelius Avitus aliqua ex parte reſtituit: poſtea à Saracenis, poſtremò à Turcis funditus deleta, ut duntaxat perparvus vicus ſuperſit. Nulla extant mœnium veſtigia ſupra terram, neque ſub terra, niſi raris locis fundamenta alta ingentibus ſaxis quadratis conſtructa, quæ penitus effodi nuper vidi in ædificationẽ ſubſtructionum, quas Rex Soleimanus molitur in tertio Conſtantinopoleos monte. Portuum aliquot ruinæ cernuntur, atque nonnulla ſcoria metallorum in ea regionis parte ubi moneta excudebatur: tum extat aquęductuum ſubterraneum opus lateritium, quo per urbem aqua



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

ducebatur, ſicque portui accommodabatur, ut ſupra molem longè excurreret ad uſum navigantium. Chalcedon ſita erat in promontorio peninſulam efficiente, ad medium intumeſcente, ex tribus partibus leniter acclivi, ex quarta parte paulo accliviore, & depreſſiore in vallem, per quam fluvius Chalcedon delabitur in Propontidem. Promontorii pars Solis occaſum conſpiciens, cingitur Boſporo: pars verò vergens ad Meridiem, ortumque hybernum, clauditur Propontide: at ad Orientem æſtivum ſpectans, eminet in vallem, per quam Chalcedon rivus quidem parvus, ſed ripis altis coërcitus profundus delabitur, & ſalſus in longitudinem amplius mille paſſuum uſque ad pontem lapideum transmittentem Chryſopoli viatores Nicomediam. Ab eo ponte uſque ad Boſporum Iſthmus patet in latitudinem circiter octo ſtadiorum. Hic fluviolus etſi exiguus, ut jam nomine careat, accolæque duntaxat appellént Potamion, prorſus ignorantes, olim nominatum fuiſſe Chalcedonem; tamen omnium ferè ſcriptorum teſtimoniis nomen dedit urbi Chalcedoni: cujus etiam Xenophon meminit libro primo Hellinicorum, cùm Alcibiadem quidem ait univerſo exercitu Chalcedonem à

ri ad mare cinxiſſe, & partem, quæ
rtinebat ad flumen, muro ligneo ſe-
ſſe. Pharnabazum verò, cùm is pro-
er fluminis anguſtias, ac munitionũ
opinquitatem in urbem ingredi ad
endum Chalcedoniis auxilium non
ſſet, in Heraclium Chalcedoniorum
ceſſiſſe. Littus, quod pluſquàm ex di-
idia parte circuit promontorium, in
uo jam dixi ſitam Chalcedonem, exce-
a parte, quæ plana eſt, ubi portus eſt,
vicus Chalcedon, abrumpitur in præ-
pitem proclivitatem, ut ferè erectum
in altitudinem amplius vigintiquin-
ue paſſuum, non modò in terra ſaxeis
epidinibus invium: ſed etiam in mari
utibus malè tutum navigiis, niſi ubi
ortus fuerunt. Si ab extremo mucro-
e, ſeu angulo promontorii Chalcedo-
ici dirigas lineam ad medium pro-
ontorii dorſum, in quo ſita eſt Con-
antinopolis, perſpicies lineam dirigi
b ortu hyemali ad occaſum ſolſtitia-
em, & dividere Boſporum à Proponti-
le, & ſecare Hippodromum, & tendere
d ædes Paiaſiti Regis poſitas in jugo
ertii collis, inde procedere ad ædes Ma-
methi Regis ſitas in quarto colle; to-
umque dorſum promontorii ſecare à
ronte ad muros, partem urbis circuitu
maris carentem claudentes. Si verò ex
eodem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

eodem extremo mucrone promontorii Chalcedonici lineam duceres ad angulum Scutaricum, videres eam progredi à Meridie ad Septentrionem, relicto flexu molliter curvato, ubi eſt portus Chalcedonis, & líttus humile, & planum. Nunc portus obrutus, & moles quotidie exportantur: atque ubi olim portus magnis navibus patebat, nunc alicubi non patet ſcaphis, ob ſyrtes & brevia. Iuxta Iſthmum exiſtit colliculus à ſeptentrionibus ſitus inter Iſthmum & planitiem, in qua dixi ædem fuiſſe divæ Euphemiæ, humilis quidem ille, ſed commemoratus ab Appiano, quem, cùm Mithridates obſideret prætorem Cottam, intra Chalcedonem clauſum, uterque exercitus occupare conabatur. Chalcedonem habuiſſe portum cathena clauſum, capientem amplius ſexaginta naves, patet ex Appiano: is enim ait, claſſem Mithridatis in portum Chalcedoniorum vi irrupiſſe, catenaſque, quibus oſtium portus claudebatur, rupiſſe, & quatuor naves exuſſiſſe; ſexagintaque ex portu captas ſecum abduxiſſe.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

## CAP. XI.

*portu Eutropii, & Heræo promonto-*
*rio: & de antiquis regiis ædibus appel-*
*latis Heræis.*

Atus promontorii Chalcedonici ver-
gens partim ad Meridiem, partim ad
tum hybernum, efficit ſinum vulgò
pellatum *Calamotum*, intus receden-
m plus minusve octo ſtadia. In hoc
dio latere videntur veſtigia antiquæ
lis portus, quem Epiſcopus Chalce-
nenſis mihi perſuadere conabatur
ſſe olim appellatum portum Hirenæ,
rruptè quaſi ἡραίου: mihi potiùs à
gina Hirene. Nam portus τοῦ ἡραίου
in contrario promontorio; potiuſq;
pellatus ille olim fuit portus Eutropii,
jus meminit Zonaras. Ad cædem, in-
uit, Mauritii Regis movetur Phocas, &
Eutropii portu primum ejus quatuor
ios interficit, nihil aliud tum dicentis,
iàm hoc ipſum: Iuſtus es domine; &
ſtum judicium tuum: denique ipſum
auritium tollunt. Idem alio loco di-
t, Chalcedone eſſe portum Eutropii,
d non declarat, an in Boſporo, an in
ropontide. Nam ex antedictis Diony-
i ſcimus, Chalcedonem utrimque ha-
uiſſe portus. Verùm ex Procopio aſſe-
ui poſſumus, fuiſſe non longè ab He-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

ræo, cùm ait Iuſtinianum portum alium conſtruxiſſe in ulteriore continente in locis Eutropii nominatis, non procul remotis ab Heræo. At ubi fuerit portus Eutropii, planè ſcire nequimus, niſi ſciamus, ubi fuerit Heræum. Itaque id paulò altiùs inveſtigandum eſt. Demoſthenes in libris, quos ſcripſit de rebus Bithynicis, ſic ait:

Ἔστι δὴ προπάροιθε κλυτῆς Χαλκη-
δόνος ἄκρα (αὐτῆς
Ἡραία τρηχεῖα πολυσπιλάς. ἔνδοθεν
Λαίναιον περὶ τεῖχος ἰὼν κοιλαίνεται
εἴσω (θυδίνεαν
Κόλπος ἅλος· φαίνησκεν ἰδὼν βα-
Πάντη ἐμμεμάμαι· ἰαμμεμυνὴ δὲ καὶ οὐ βαθείας
Ἔστι θαλάσσης, ἔνθα τε νῆας ἦγον οἰόμε-
νοι σκέπος εἶναι (ἑτοίμω.
Αὐτοφυοῦς ὅρμιο· κακῷ δ' ἐνέκυρσαν

Ex quibus aſſequimur, Heræum promontorium eſſe contra Chalcedonem, habens multas cautes concavas circa mare, quod intus recedens ſinũ efficit, quem intuens putat profundum eſſe, cùm revera ſit prorſus fruticoſus, & herboſus, & minime profundus: nam eò, qui naves adduxerunt, putantes protectionem naturalis portus, in præſens inciderunt periculũ. Ex his Demoſthenis

verſi-

ſibus percipimus Ἡραιον eſſe pro-
ntorium,quod hodie vocant acram
nnis Calamoti, & ſinum,quum De-
ſthenes deſcribit eſſe illum, quem ab
idente claudit promontorium, in
 fuit Chalcedon: & promontorium
nnis Calamoti cingit ab Oriente,cu-
 oſtium patet in latitudiné octo cir-
r ſtadiorum. Totus verò ejuſdẽ am-
us complectitur plus minus quinque
liaria. Cannarum ſyluis,herbisq; fre-
ens ejus ora cernitur: unde nomen
nplum proximũ divi Ioannis Chry-
tomi Calamoti invenit. Hic ſinus o-
 duos portus molibus munitos ha-
it,unum olim nominatum Eutropii,
nc *Hirenæ*, ſitum in littore ſinus oc-
uo juxta Chalcedonem: alterum no-
inatũ *Heræum*, poſitum contrario in
tore ad Orientẽ pertinente. Hos am-
s portus fuiſſe in ſinu Ioannis Cala-
oti,ex Procopio percipimus, cùm ait
les regias Iuſtinianum conſtruxiſſe in
eræo,quod Iuſtiniani temporibus Hie-
on,ſive Hieriam appellarent, ibidem-
e portum molibus ſepſiſſe littus,quæ
tea utrinque ventis, & undarum in-
rſibus expoſitum tutum à ventis ef-
ciſſe innumerabilibus & maximis ar-
s ſaxorum plenis in vadum aliis ſupra
ios uſque injectis, quoad utrimq; bra-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

chia exaggerata ſupra aquam extiterunt, extrinſecusq; circa moles ſaxis rudibus & duris projectis ad excipiendo impetus fluctuum, & ventorũ hyemalium portum quietum perfeciſſe, unumque in portũ aditum navibus reliquiſſe. Addit Procopius, ut juxta portum Iuſtinianus ædes ſacras condiderit, & porticus, & vias, balnea publica, & alia fere omnia ædificarit, nihilo inferiora regiis ædibus Vrbis: deinde adjungit, portum alium conſtruxiſſe in contrario continente, in locis Eutropii nominatis, non longè remotis ab Heræo. Ex quibus patet portum Eutropii eſſe Chalcedonis portum, ſpectantẽ ad Solis ortum; portumque Heræum illum, quem nunc vocant molem Ioannis Calamoti. Horum amborum portuum uſq; ad hanc diem molium & brachiorum veſtigia extant magna quidem ex parte diruta, ſed quæ nonnullam ſtationem navibus accommodent: reliquorum verò ædificiorum veſtigia funditus deleta ſunt, exceptis parietibus ædis ſacræ, & ciſterna maxima, undique lateritiis parietibus cincta, ſed ſpoliata tecto teſtudinato, & columnis teſtudinem ſuſtinentibus, de qua Georgius Cedrinus ita ſcribit: Macedonius Rex palatia in Heræis exornavit, & ciſternam expurgavit, quam Heraclius



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

rra obruerat,in hortumque redegerat
eribus conſitã. Idem paulò infrà ait:
ex Heraclius ubi ſui diei natalis ratio-
em à Stephano Philoſopho didiciſſet,
ędicente Heraclium ex aqua interitu-
um, cùm alias ciſternas obruit,tũ illam
am in Heræis,quam Macedonius per-
irgavit , regiasq; ædes in antiquã for-
am reſtituit , & pro horto in ciſterna
onſito Nymphæum aqua lucida abun-
ans induxit. Quàm autem multorum
riptis celebretur palatium Heræum, è
ultis nõnullos, qui mihi jam veniunt
mentem,afferam.Sozomenus ſcribit
heodoſium Regẽ mandaſſe Demophi-
prędecto Arrianis Conſtantinopolita-
is,ut curaret ſtatuta in Cõcilio Nicæno
rvare,& populũ in unum conſenſum
educere,aut ab ædib⁹ ſacris cedere.De-
ophilus advocavit concionẽ populi,
tq; Regis ſentẽtiam declaravit,& abſti-
ens ab ædib⁹ Vrbis,concionẽ indixit in
iburbana Hieria nũcupata:Quoniam,
quit,lex pręcipit,ſi vos perſequuti fue-
int ex una Vrbe,fugite in aliam. Alii Hi-
orici tradunt, Conſtantinũ Iconoma-
hum contra imaginum cultum Conci-
um iniquum triginta octo Epiſcoporũ
abuiſſe in palatio Hieriæ. Prætereo cæ-
eros; unam duntaxat inſcriptionẽ ſub-
ungam quæ erat inciſa in aditu Hieriæ:

Εἰς Εἴσοδον τῆς Ἱερείας.

Τοῦτον Ἰουστινιανὸς ἀγακλέα δείματο
 χῶρον,
Ὕδασι, καὶ γαίῃ κάλλος ἐπικρεμάσας,
Itemque aliam:
Κοίρανοι, ὑμετέρην ἀρετὴν κάρτος τε
 καὶ ἔργα (ρας ἕλκῃ.
Αὐδήσει χρόνος αἰὲν, ἕως πόλος ἀστέ-

Iam ut planius intelligatur ſitus promõtorii Heræi,& an idem, quod aliqui exiſtimarunt, Heræum,& Eurion, & Yris , deſcribã oram maritimam, ab acra Ioannis Calamoti uſque ad aliquem finem. Promontorium Calamoticum circuitu complectitur ampliùs octo ſtadia: ejus cervix efficiens Iſthmum, non excedit latitudinem ducentorum paſſuum. Vrnæ ſimilitudinẽ gerit, ſeu ollæ: Nam ut olla eſt collo anguſto, ita illud cervicem habet anguſtam, deinde dilatatur, intumeſcitq; in ambitum circiter octo ſtadiorum: ſed ita, ut undiq; ſit crepidinibus præruptis & ſaxoſis, præterquàm à cervice, quæ ita plana eſt, ut ex utroque littore aſpicientes mutuo aſpectu fruantur. Forſan ita Heræum promontorium appellatum eſt Εὖρον ab olla defoſſà. Sic enim Stephanus ait: Promõtorium Heræum, contra Chalcedo-

nem

em ſitum, quod alii Εὗρον, ſive Εὔριον
ppellarũt, hi qui ajunt ibi chytras, hoc
t, ollas defoſſas inveniſſe, & oſſa. Verũ
iam eſſe acram Heræam, aliam Εὗρον,
ve Yrim, [vel Hyrim,] patet ex Artemi-
oro: is enim ſcribit ab Acrito promon-
rio naviganti cx ſtadia ſitũ eſſe pro-
ontorium Yrim, ſive Euron nuncupa-
m, cui objecta eſt Inſula Pityodes, &
ia Inſula nomine Chalcites. Quæ ut
plicatiùs perſpiciantur, deſcribã ſubſe-
uens littus. Poſt promontorium Herçũ
ergenti ad ſinum Nicomediæ, ſuccedit
iud promontoriũ, quod vulgus vocat
*arritrion*, neſcio, an quaſi Χυτρίδιον.
am accolæ in hunc diem jactitant in-
eniſſe ollam [Zaram, aut Iarram] auro
enã in hujus loci vicinia. Ex Inſula Pi-
ode navigavi recta via in Continentẽ
l villam ſitam in ora maritima, quam
rçci vocãt Obriam, ſive Abriam, Turci
ppellant eam *Maltepet*, ſitam ad radi-
s extremas promontorii poſiti cõtra
halcitim. Vide, an hoc ſit Euron, ſive
ris promontorium, an illud quod jam
xi appellari Zarritrion. Verũ ut meliùs
telligatur ſit⁹ Chalcedonis, & ubi fue-
t Ἥραιον, paulò extra Boſporũ vaga-
or, ſed in conſpectu Chalcedonis & By-
tii, quod paulù poſt deſcripturus ſum.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

## CAP. XII.

*De Inſulis ſuburbanis Byzantii & Chalcedonis, & primùm de Inſula Prota, & de Oxia & Platy.*

ARtemidorus in undecimo libro Geographię ait: Ab Acritico promontorio præternaviganti Euron ſtadia centum & decem promontorium ſitum eſt, appellatum Hyris; & Inſula huic objicitur Pityodes; & altera Inſula nominata Chalcitis; aliaque Prota dicta, à qua ad urbem Chalcedonem ſtadia quadraginta. Protam appellatam exiſtimo, quòd prima occurrat venientibus Byzantio & Chalcedone: à Græcis uſq; ad hanc diem nominatur Πρώτη. Diſtat ab urbe Byzantio paulò ampliùs ſexaginta ſtadia. Ejus longitudo à Septentrionibus procedit ad Meridiem. Iuxta ejus littus vergens ad Orientem vicus eſt ſub ſe habens portum ſubjectum. Supra vicum duæ ciſternæ rotundæ; quarum major laxatur in amplitudinem magni hemiſphærii Thermarum magnarum Byzantiarum. Inſula duobus verticibus prominet, altero vergente ad ſeptentriones, altero ad cardinem meridianum. Dicitur circuitu complecti circiter tria miliaria. A Meridie habet Inſulam Antigonon, à qua abeſt

abeſt octo circiter ſtadia. Inter Meridiem & occaſum brumalem, intuetur duas Inſulas: quarum altera Platys, altera Oxya appellatur, in acutum verticem faſtigiata. undique præceps & prærupta: altitudine ad perpendiculum dimenſa, ſuperat omnes colles Byzantii. Ex aliquibus partibus aſcenſus in ipſam non patet ob directos clivos. Multa etiam nunc veſtigia retinet ciſternarũ, aliorumque ædificiorum. Ajunt ibi regiam arcem, & velut ſeceſſum Capreenſem aliquorum Regum extitiſſe: quod à rei veritate omnino alienum non videtur, propterea quia naturali munitione tuta videtur. Habet portum ſubjectum Orienti, cujus moles diſtractæ cernuntur. Lauro abundat, & multis generibus florum. Sed nuſquam circa Byzantium tanta cibi bonitate Oſtreæ capiuntur, quàm circum hanc Inſulam. Ab hac non longè eſt Platys Inſula, humilis & ferè plana.

## CAP. XIII.

*De Inſula Antigono, & de Inſula Pityode.*

QVam Græci noſtræ ætatis appellant Antigonon, Zonaras ait olim vocatam Panormum, Inſulam nunc Antigoni nominari. Plinius inter Inſulas Proponticas numerat Antiochiam: vide



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

num aliquis Codex Plinij antiquus habeat *Antigoniam*. Inſula ab Aquilone efficit littus excelſum & præruptũ. Ejus quędam pars intuens Meridiem, eminet rupibus abruptis, uſq; ad ſummum fermè verticem. Ab occaſu ſunt littora rupibus pręruptis aſpera, ſed longè demiſſiora. In omnes partes exiſtit declivis. Vndiq; ejus aſcenſus eſt ſtadiorum circiter quatuor: in multo excelſiorem altitudinem effertur quàm Prota. In ſummo vertice ædes ſacra etiamnum extat, & juxta ædem ciſterna Signino opere munita, concamerata lateritio tecto. Sunt ibidem etiam putei jugis aquæ. Ab Oriente habet vicum in littore ſitum: circa vicum ſunt aliquot vineæ: reliquæ partes ſunt tectæ ericà, arbuto, rore marino, ilice, ladano. Tota Inſula lapidoſa ſcatet minutis lapillis. Contra vicum eſt Inſula exigua, cujus circuitus non excedit quatuor ſtadia, altitudo non ſuperat quinquaginta paſſus (intellige quos cõficere ſoleo in ambulando, ut intelligi oportet in omnibus paſſibus antè jam à me commemoratis) quæ vulgò appellatur Pitys. Hæc Pityodes dicitur ab Artemidoro, quam tradit ſitam contra Continentis oram nuncupatam Εὗρειν. Equidem cùm Artemidorus ordinatim ponat Pityodem, & Chalcitim, & Pro-

tam,

m, exiſtimo Pityodem Artemidorum telligere eſſe aut Antigoniam, aut m, quam jam Græci appellant Inſu-m Principem. Nam cur commemo-ret tam exiguam Inſulam, & proxi-am magnam præteriret?

## CAP. XIV.

### *De Chalcitide Inſula.*

CHalcitis Inſula à Græcis noſtræ æta-tis nominatur Chalcis: diſtat ab An-gonia quatuor ſtadia. Menippus in eriplo Bithyniæ Chalcitidem Inſulam onſtituit contra Chalcedonem; eamq; icit habere æris metalla. Chalcitidem andem eſſe, quam Stephanus appellat Demoneſum, aſſequor ex eo, quòd dicit Demoneſum Inſulam ſitam circa Chal-edoné, habere Cyani metalla, & Chry-ocollam, & aurum precioſum, & coro-arium, quod oculis ægrotantibus me-dicinam afferat. Nulla alia Inſula circa Chalcedonem metalla habet, niſi Chal-itis. Ariſtoteles ſimiliter ſcribit: Demo-neſus, inquit, Inſula Chalcedoniorũ (ſic nim legendum eſt, non ut habet Codex *Καρχηδονίων*) à Demoneſo homine ap-pellata eſt, habetque Cyani metalla, & Chryſocollam, & aurum eximium in ea invenitur, quod ſit oculis remedium; atque æs, quod Ariſtoteles appellat



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

χαλκὸν κολυμβητὴν : ex eo opinor, quòd ( ut ipſe addit ) ex mari profundo duos paſſus urinatores illud extrahant, ex quo factam idem adjungit ſtatuam in urbe Sicyone, ſtatutam in antiquo templo Apollinis. Ex antedictis liquet, quàm erret Plinius, qui dum enumerat Inſulas Propontidis, dicit Demoneſum Inſulam ſitam eſſe ante Nicomediam, cùm nulla Inſula exiſtat in ſinu Nicomediæ, olim appellato Aſtuceno. Verùm ut clariùs perſpiciatur Demoneſus eadẽ Inſula eſſe, quæ Chalcitis, ut nunc ſunt, oſtendam veſtigia metallorum, & ſitum Inſulæ, quæ tribus verticibus, ſeu collib⁹ intumeſcit: unus vergit ad Aquilonem, alter ad Occaſum, tertius ad Orientem. Inſulæ latus meridianum eſt præceps, & abruptum in rupes, excepto ſinu, admittente receſſum maris portuoſum, quoquo verſus patentem paulò plus ſtadio, tutũ ab omni vento, excipio Auſtrum. Circa hunc ſinum exiſtunt aggeres ſcrobium, pleni ruderibus cæruleis, rejectis ex effoſſione æris, & Chryſocollæ, & cærulei, atque inter ipſa rudera collegi eximium cæruleum, & abſolutam Chryſocollam. Quòd ſi vadum maris ibi effoderetur, ſine dubitatione inveniretur aurũ illud ab Ariſtotele laudatum. Aggeres ſcrobium ſunt in radicibus vallis

ſupra

ſupra ſinum jam dictum eminentis, & ſecantis Inſulam à mari meridiano ad mare ſeptentrionale, cujus quidē vallis in parte media elata in jugum Inſulę eſt domicilium ſolitariorū ſodalium Græcanicæ religionis, ubi Nymphęa magna Signino opere elaborata, plena jugi aqua manante, ex vertice pertinente ad Orientem. Littus intuens Solis ortum, habet vicum nuncupatum à nomine Inſulæ. Sub vico ſtatio navigiorum.

## CAP. XV.

### *De Inſula Principis.*

INſula Principis, diſtans à Chalcite circiter quinque ſtadia, nominata eſt à frequenti habitatione filiarum Principum, virginitatem ſolitariam profitentium. Georgius Cedrinus ait, Iuſtinum nepotē Iuſtiniani ædificaſſe ſolitariam vitam agentium domicilium, nominatum Principis, ſuburbanum Conſtantinopoleos. Zonaras ſcribit Nicephorum Hirenem exulem ejeciſſe in Inſulam Principis appellatam, in qua monaſterium ipſa ædificaverat, unde fortaſſe Inſula appellata fuit Principis. Longè dimidio major exiſtit, quàm Chalcitis: omneis antedictas Inſulas altitudine ſuperat aut æquat. Ab Oriente æſtivo vicum habet nominatum Principis, ſitum in planitie littorea. In ejus littore ver-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

genti ad ortum æquinoctialem ſpectantur fundaméta ſumptuoſa antiqui monaſterii, ubi amplius quingentæ ſolitariæ fœminæ vivere ſolebant. Contra monaſterium ſita eſt Inſula exigua, parvo intervallo diſtans, nominata Anterovitos. Inde in eodem littore ſequitur vicus nominatus Carya. Supra vicum modicè eminet jugum contractum in vallem, cinctam duobus verticibus, quæ ſecat mediam Inſulam ab ortu ad occaſum. Inſulæ littus intuens Meridiem, rupibus circumvallatur; littus verò ſpectans ad Solis occaſum, minoribus rupibus cingitur. Deniq; Inſulæ circuitus non excedit ſexaginta ſtadia. Habet à Meridie vicinam Inſulam, quam vocant Andron: ab oriente æquinoctiali habet alteram Inſulam, nominatam Divi Andreæ, diſtantem plus minus decem miliaria, undique excelſis rupibus & præruptis munitam, excepto latere conſpicienti Solis ortum, ubi domicilium ſodalium ſectæ ſolitariæ. Dividitur hæc Inſula à Continenti mari lato quatuor ſtadia. Paulò ultra hanc Inſulá pergenti ad ſinum Aſtacenũ eminet promontorium, quod uſq; ad hanc ætaté appellatur Acrita, ut vocatur à Ptolemæo, quod Menippus dicit diſtare ab urbe Chalcedone ſtadia ſexaginta. Omnes antedictę

Inſu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

ſulæ abruptę à Continente videntur:
arum quatuor, nimirum Prota, An-
gonos, Chalcitis, & Princeps faciunt ſi-
am ſuo latere vergente ad Aquilonẽ;
: Prota, & Princeps ſint ſinus cornua.
ntigonos & Chalcitis efficiunt intimũ
nus receſſum. Cùm aſpicis ex Protæ
tere, vergente ad Solis ortum, advertis
num factũ ex quatuor Inſulis, nec vides
uripos intercedentes inter Inſulas: ut
i ignarus quatuor Inſulas, unam ean-
emq; Inſulam exiſtimaret quatuor col-
bus intumeſcentem; primumq; collem
umeraret Protam, ſecundum Antigo-
iam, tertium Chalcitim, quartum Prin-
ipem. Euripus ſeparans Inſulas à Con-
nenti, patet in latitudinem paulo am-
lius ſexaginta ſtadiorum. Hæc adjun-
ere volui de Inſulis ſuburbanis Byzan-
ii, velut præparationem ad clariùs per-
ipiendum ſitum Byzantii, quem eveſti-
io ſubjungere cogito: reliquas Propon-
idis Inſulas longè ab Vrbe remotiores,
t Proconneſum, Ophiuſam, Acanthũ,
hœben, Scopelon, Porphyrionem, Ha-
onẽ, Delphaciam, Polydoram, Elæam,
duas Rhodiuſſas, & contra fauces
hyndaci Beſbycon (cujus meminit
ioſcorides,) rejicio in meum Periplum
ropontidis & Helleſponti.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

In æde divi Marcelli, Romæ, hæc ſunt inſcripta, unà cum effigie vita functi: ſed dico ſimilia, aut in pariete affixa, vel in marmoreo lapide ſculpta.

D. O. M.

Petro Gyllio, viro probo, utriuſque linguæ
doctiſsimo,
ex agro Albienſi apud Gallos nato,
ob ſingulares animi dotes, & indefatigabilem in
inveſtigandis antiquorum monimentis,
componendis, interpretandisq; omnium diſcipli-
narum libris, totius orbis luſtrandis,
indagandisque locis:
naturam, ſolertiam, & diligentiam publice,
privatimque laudatiſsimo,
Poſt longas annorum plus xl. peregrinationes
terra, marique peragratas,
Galliam, Italiam, Græciam, Aſiam utramque,
& Africæ partem,
ac miraculoſam e manibus: & carcere Piratarum
Gerbeorum liberationem,
Romam quaſi poſtliminio reverſo, & in recolli-
gendis, ordinandisque rerum celebrium nar-
rationibus, dies, noctesque occupato,
Febre violentiſsima per dies xi. vexato, diem
ſuum in Chriſto Ieſu obeunti;
Georgius Cardinalis Armeniacus, patronus pien-
tiſsimus Clienti gratiſsimo,
in ſpem reſurrectionis mortuorum
benemerenti mœſtiſsimus,
Non. Ian. M. D. LV.
Po. Cu.
Vixit annos LXV. menſes, dies V. hor. IIII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

# INDEX CAPITVM.

## LIBRI PRIMI.

### CAP. I.

DE origine *Boſpori*, & *de ejus multis nominibus.* Pag. 25
II. *De Boſpori principio, & fine, & de ejus longitudine.* 31
III. *De latitudine Boſpori.* 48
IV. *De figura Boſpori, & de ejus decurſu, certo quidem, ſed multiplici.* 52
V. *De Boſpori ſinu, Cornu nuncupato.* 68

## LIBRI SECVNDI.

### CAP. I.

DE *Boſpori ora Europæa, ejusque locis intra Conſtantinopolim.* 77
II. *De ora Sinus Ceratini cingente Vrbis latus vergens ad Septentriones.* 80
III. *De flumine Cydari & Barbyſa, ex Anaplo Dionyſii.* 103
IV. *De locis appellatis Mandris, & Dryï, & de luco Apollinis, & ponte Philippi, & de cubis Canopi.* 110
V. *De Iſthmo Ceratini receſſus: de ſepulchro Hippoſthenis: de Sycis, & delubro Amphiaraï.* 120
VI. *De ædibus Dianæ Luciferæ, & Veneris Placidæ, & de loco Oſtreode, &*
*Mero-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

*Meropo, & de ara Apollinis.* 121
VII. *De Aiantio & Palinormico, & templo Ptolemæi, de Iaſonio, & luco Apollinis, & de aliis antiquis locis.* 129
VIII. *De Rhodiorum portu, & de Archio loco.* 139
IX. *De Sene marino, & Parabolo, & de Calamo, & Bythio.* 142
X. *De vico Michaëlio, & de promontorio appellato Eſtiis.* 146
XI. *De locis nominatis Chelis.* 157
XII. *De promontorio Hermæo, & rapido curſu Boſpori: de Pyrrhia Cyone: de Boſpori ſummis anguſtiis: de ponte Darii.* 160
XIII. Περὶ τοῦ κλύδωνος ῥοώδους: *De petra Phidalia, & Portu mulierum, & de loco Cyparode.* 176
XIV. *De ſinu Leoſthene.* 183
XV. *De Commarode, & Bacchiis petris, & Thermemeria: & de portu Pitheci, & Sinu appellato Pharmacia.* 190
XVI. *De ſaxis, & cautibus littoris excelſi, prærupti, præcipitisque, & de clavibus Ponti: de petra nominata Dicæa.* 199
XVII. *De ſinu nuncupato profundo, de fluvio ejuſdem nominis, & Saronis ara: de agro nominato Calo.* 203
XVIII. *De promontorio Simæo, & ſinu Scle-*

*Scletrina: & de aris Apollinis, & Matris deorum.* 208

XIX. *De Milto promontorio, & Fano Byzantiorum: de Serapio, & templo Phrygiæ deæ.* 212

XX. *De Chryſorrhoa fluvio: de ſecturis metallorum: de Pharo antiqua.* 220

XXI. *De portu Epheſiorum, & de Aphrodiſio: de portu Lyciorum, & de Myrleanorum domicilio.* 224

XXII. *De Gypopoli, & de aulis Phinei, & Amyci Bebrycis.* 229

XXIII. *De petra Dotina.* 244

XXIV. *De Panio promontorio Phari, & de Cyaneis petris.* 247

## LIBRI TERTII.

### CAP. I.

DE *ſcopulo nuncupato Colona, & de Rhebante flumine.* 264

II. *De promontorio Ancyreo, & de ancora Iaſonis.* 271

III. *De Pyrgo Medeæ, & de inſulis Cyaneis Aſiæ.* 278

IV. *De promontorio Coracio, & de Pantichio, & de ſcalis nuncupatis Chelis.* 284

V: *De Fano Iovis, & Neptuni; & de Aris Duodecim Deorum.* 290

VI. *De Argyronio loco, & Nymphæo, lecto*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

*lecto Herculis: & de Moucoporide portu, & Lauro inſana: & de Portu Amyci.* 308

VII. *De Sinu Catangio: de promontorio, quem Dionyſius appellat* ὀξύῤῥουν, *& Portu Phrixi: de promontorio Lembo nuncupato, & de Inſula exigua.* 324

VIII. *De Naumachio, & Ciconio: & de promontoriis nuncupatis* Ῥοιζοῦσοις: *& de duobus Diſcis.* 332

IX. *De Chryſopoli, & loco appellato Bove, ſive Damali.* 340

X. *De fonte nominato Heragora, & templo Veneris: & de æde Synodi Chalcedonenſis: de Chalcedone.* 352

XI. *De portu Eutropii, & Heræo promontorio, & de antiquis regiis ædibus, appellatis Heraclis.* 365

XII. *De inſulis ſuburbanis Byzantii, & Chalcedonis, & primùm de inſula Prota, & de Oxia & Platy.* 372

XIII. *De inſula Antigono, & de inſula Pityode.* 373

XIV. *De Chalcitide inſula.* 374

XV. *De inſula Principis.* 377

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 1